AUTHOR:

CICERO, MARCUS
TULLIUS

TITLE:

M. TVLLI CICERONIS AD
M. BRVTVM ORATOR

PLACE:

LIPSIAE

DATE:

1884

Master Negative #

91-80127-3

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

Orator. 1884.

Cicero, Marcus Tullius.
Ad M. Brvtvm orator, recensvit F. Heerdegen.
Lipsiae, in aedibvs B.G. Tevbneri, 1884.
xxxviii, 86 p. 23 cm.

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35 mm REDUCTION RATIO: 11x
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 6/28/91 INITIALS MED
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

AIIM

Association for Information and Image Management
1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910
301/587-8202

Centimeter

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 mm

1 2 3 4 5

Inches

MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

M. TVLLI CICERONIS

AD M. BRVTVM

ORATOR.

RECENSVIT

F. HEERDEGEN.

LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI
MDCCCLXXXIV.

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEVBNERI

HENR. GVIL. HEERWAGENIO

PHILOLOGO ACVTISSIMO

GYMNASII NORIMBERGENSIS

PER VIGINTI SEPTEM ANNOS RECTORI OPTIME MERITO

VIRO HVMANISSIMO

SACRVM

PROLEGOMENA.

Duo cum sint omnino genera librorum manu scriptorum Oratoris Tulliani, unum uetustiorum et mutilorum, alterum integrorum et recentiorum, eo ordine hanc disputationem instituam, ut primum dicam de codicibus mutilis, deinde de integris quibusdam, tum de codicibus mixtis et emendatis et de ratione, quae inter duo genera intercedat, postremo de locis quibusdam ad emendandum difficilioribus.

Caput I.

De codice Abrincensi.

Codicum mutilorum longe antiquissimus est Abrincensis. signatus est is in tomo quarto catalogi librorum manu scriptorum in Franciae prouinciis publice adseruatorum numero 238 adseruaturque nunc quidem Abrincis, quod est oppidum Normannorum prope Oceani litus situm. nec uero semper ibi fuit. haud procul enim ab illo litore abest monasterium olim celeberrimum et nunc quoque ipso adspectu maxime admirandum, cui nomen fuit *Sancti Michaelis in periculo maris*, nunc *Mont St. Michel*; ibi codex inspectus est a Bernardo de Montfaucon enumeratusque cum ceteris in Bibliotheca Bibliothecarum tom. II p. 1360. postquam Abrincas delatus est, uidit eum L. Bethmann in itinere anno 1840 facto et descripsit in Archiui Pertziani tom. VIII p. 66 sqq. et 378 sqq. potiores ex eo lectiones primus deprompsit Eduardus Le Héricher professor Abrincensis publicandasque tradidit Rauaissonio in appendice libri qui inscribitur *Rapports au ministre de l'instruction publique sur les bibliothèques des départements de l'Ouest* anno 1841. insequente anno tractauerunt codicem F. G. Schneidewin et E. de Leutsch professores Gottingenses ex eoque et libros de oratore et Oratorem totos excusserunt.*) postremo in hanc editionem totum codicem

*) Cf. Philol. X p. 758; XI p. 379 sqq., et de lectionibus quibusdam a Schneidewino ex Oratore deprompti commentationem gymnasii

ipse denuo excussi Abrincis commoratus anno 1881; quo in opere faciendo quanta ab Abrincensibus adiutus sim humanitate ac facilitate dicere uix possum: maximam quidem gratiam habeo professoribus doctissimis Le Héricher, modo quem nominaui, et Duprateau, bibliothecae nunc praefecto.

Ipse codex membranaceus est, forma quadrata (23 cm. altus 20 latus), sexaginta foliorum, margine non ita lato. continet libros de oratore ita mutilatos, ut incipiant a uerbis *Tum Catulus ne Graeci quidem* (II § 19); deinde a fol. 51r Oratorem ipsum quoque mutilum, incipientem a uerbis *-toque robustius* (§ 91). desiderantur praeterea in Oratore omnia ea quae sunt inter uerba *trochaeum quo enim* (§ 191) et *per uersetur genere* (§ 231), eaque ipsa uerba nullo spatio intermisso continuantur (f. 60r). exaratus est codex a duabus manibus; quarum altera paulo uetustior saeculo nono libros de oratore conscripsit exceptis foliis 23 et 41r ab imis uersibus usque ad 43r (II § 234 *Tum ille* — § 245 *cadere possunt*, et III § 149 *-mnis igitur oratio* — § 171 *rhetórico te rustus eis*); haec enim suppleta sunt a manu altera paulo recentiore, eademque adiunxit Oratorem. uetustioris illius manus scriptura aliquanto procerior est quam recentioris: illa tricenos fere uersus in singulis paginis confecit, haec tricenos quinos; ab illa porro pauca admodum compendia scripturae admissa sunt, ab hac multo plura, uelut compluriens nota quaedam olim Tironiana, post Saxonica, quae significat *autem*.*)

Ab his duabus librariorum manibus longe diuersa est tertia quaedam aliquanto illis recentior, — saeculi tertii decimi ineuntis, ut uidetur, — quae, cum subscriptio Oratoris antea fuisset *Orator explicit*, sic eam mutauit: Orator*is* explicit *liber quartus*. Oratoris igitur librum singularem falso hic corrector tribus illis de oratore adnumerauit; quod ut faceret, eo facilius induci poterat quod Orator inscriptione propria et nunc caret et iam tum carebat. idem enim ille corrector in antecedente pagina (f. 50u) ceteroqui uacua haec adnotavit: *hic deest quaternus*.**) et uero eae quae hodie primae Oratoris exstant paragraphi 91—180 octo foliorum spatio

Spirensis ab Henrico Rubnero scriptam: *De Oratoris Tulliani codice Laurentiano* 1882 p. 9; iis locis ubi aliud quid ego atque Schneidewin infra tradam mihi credi uolo.

*) Huius notae forma proxime accedit ad similitudinem litterae *h*: ƅ; adhibuit eam in Oratore librarius locis duodetriginta, ceteris locis scripsit *autem* (uel *autē*) per singulas litteras.

**) Praeter hos duos locos ea manus nullo alio loco in Oratore quidem inuenitur.

continentur, id est unius quaternionis; quid igitur probabilius, quam quae deperierunt §§ 1—90 ipsas quoque eodem spatio olim fuisse conscriptas? accedit quod, ut dixi, a medio uerbo (*-toque* pro *aliquantoque*) liber incipiat atque in integra suprema pagina eaque recta; ueri simillimum igitur esse censeo illam Oratoris partem intercidisse non in superiore aliquo exemplari, unde Abrincensis manauerit, sed in hoc ipso, abrepto scilicet toto primo eius quaternione; et id quidem accidisse iam ineunte saeculo tertio decimo aut etiam prius, quoniam illa quidem aetate correctoris manus notulam suam adscripsit. contra in posteriore lacuna § 191—231 quoniam quae supersunt traduntur uerbis inter se continuatis nec ullo spatio seiunctis, intercidisse haec quidem putanda sunt iam in superiore exemplari et descripta esse ex eo ita, ut lacuna a librario ipso non animaduerteretur.

Sequitur ut referam de rebus orthographicis. atque *e* pro *ae* raro inuenitur, ut *auide* 104, *fuse* 106, *rhetorice* 114, *que* (pro *quae*) 116. 155; *obscenius* 154; semel tantum *ae* pro *e*: *inconditę* 150; *oe* pro *ae*: *poenitet* 164; recte *pęlex* 107, *scęnę* 134; denique semper *rep̄hendo* et semel *dep̄cetur* (138). per *i* semel legitur *beniuolentiam* 128; formae accusatiui pluralis stirpium in *i* desinentium uariantur: *auris, omnis* uel *aures, omnes*, sed saepius *aures, omnes*; semper *intellego, neglego*. duplex *i* admitti solet in declinatione pronominis *is* (*ii, iis*), excepto 184 *eis*; contra constanter fere *idem, isdem*, semel *iisdem* 172, ter *eisdem* 157; in uerbis ab eo quod est *iacio* deriuatis, ut *subicitur*, ubique est una *i*; item *transissem* 146 et *duellj* 153; ceterae formae et genetiuorum et nominatiuorum in *ii* exeuntes duplicem uocalem habent. *o* habet codex antiquo more in uerbis *uolgi* 237, *peruolgatissimus* 147 (sed *uulgo* 146, *diuulgari* 112; *uult* 111); per *u* scribitur *uinulentus* 99 et constanter *adulescens*. per *u*, non per *i* plerumque occurrit *lubenter*, *lubido* (*libentius* 236); *optumus* 136. 161; *dissipatam* 233 superscripta *u* pro *i*. syllabae *quo* aut *quu* nusquam leguntur, sed ubique *cu*: *cum, secuntur locuntur, secutus locutus, relicum*; semel *iniqum* 159; constanter *cotidie, cotidianus*. simplicibus litteris scripta sunt *paululum, conectere* (235); duplicibus *littera, rettulit* (158); in uerbis *exspecto, exsto, exsecretur s* semper omissa est. singulariter legitur *conuitio* 160; *conditione* 235; *quotiens* 111, sed *quotiescumque* 127; constanter fere *tralatus*, *tralatio*, semel 186 *translata*. praepositiones uerbo alicui adiunctae adsimulari solent exceptis his: *inrepit* 97, *inluminatum* 182, *adsensum* 237; deinde sic ubique legitur: *quanquam, quicquam, quicquid*, sed *umquam numquam, quicumque, quidque* (115 corr. *quicque*). praenomina *M.* et *L.* compendiata sunt. Graeca

denique uocabula Latinis non solum litteris sed plerumque etiam uocibus transcripta sunt; excepta sunt *dialogoe* 151 et *rythmos* 170; accusatiui singularis formae quorundam nominum in *n* fere desinunt: *Aeschinen, allegorian;* pro littera *y* saepius substituta est uel *u* (*hieronumus* 190) uel *i (thucidides, thrasimachus, siracusas, dactilus).*

Restat ut pauca praedicenda sint de uarietate quae dicitur lectionis. distinctio singulorum uerborum saepe neglecta est, ut *illudornatum, inquamulti, compositeloquens* (pro *compos sit eloquens*); non nulla falso distinguuntur, ut *copiosis simus* (pro *copiosissimus*) 99, *audires at* (pro *audire sat*) 143, *consideran diuia* (pro *considerandi uia*) 180. deinde eius exemplaris quod describebatur scriptura pluribus locis uel lacunosa fuisse uidetur uel adeo euanida, uix ut dignosceretur; in Abrincensi quidem multifariam uel uacua spatia relicta sunt, ut § 100. 155. 168, uel ipse librarius ea quae antea omiserat falsoue descripserat ex archetypo suppleuit uel correxit. in quo non numquam ita errauit, ut non recta pro falsis, sed falsa pro rectis superscriberet, ut § 110 *amaris* pro *amares,* § 112 *non* pro *nos;* de suo tamen admodum raro uidetur aliquid addidisse, ut § 106, ubi, cum primo pro *eramus* scripsisset *oramus*, postea syllabam *ba* superscripsit, ut esset *orabamus.* sed longe plurima menda non hic librarius commisit, sed iam occurrebant in eius archetypo; quorum quidem mendorum facile certum quoddam agnoscitur genus. solito enim saepius ita peccatum est, ut ad uerbi alicuius praecedentis similitudinem accommodaretur unum ex subsequentibus; uelut cum § 92 paulo post *ornamenta* sequeretur *orationis,* propter similitudinem primae syllabae hoc ita mutatum est, ut sit *ornamenti*; § 98 post *acuto* pro *argutcque* scriptum est *acuteque*; § 103 post *accusationis* pro *arbitrarer: accusarentur,* alia multa; eiusdemque generis est illud, dè quo modo dixi, *oramus* § 106 pro *eramus*; antecedit enim *oratio.* et ea quidem peccandi consuetudo haud leuis scilicet momenti est ad artem criticam factitandam; cf. quae paulo post disputabuntur cap. V de §§ 162 et 177.

Caput II.

De ceteris codicibus mutilis.

Aliorum codicum mutilorum praeter Abrincensem haud exiguus numerus inuenitur: enumerabo eos quos ipse inspexerim, addito Gudiano, cuius quidem lectionem ex appendice editionis Goellerianae (Lips. 1838) satis licet cognoscere.

est autem Orator in omnibus his codicibus adiunctus libris de oratore, excepto uno eo qui sequitur codice Veneto Marciano (n. 24).

1. Vaticanus 1697 membr. s. XV in.
2. Vaticanus 1703 membr. s. XIV ex.
3. Vaticanus 1706 membr. s. XV in.
4. Vaticanus 1707 chart. s. XV.
5. Vaticanus 1720 membr. s. XV, Oratorem bis continens: unum integrum f. 38 u, alterum mutilum f. 158 r.
6. Vaticanus 3238 membr. s. XV, hic quoque Oratorem bis continens, integrum f. 45 r, mutilum f. 188 r.

7. 8. 9. Vaticani Palatini 1473.*) 1476. 1531 membranacei s. XIV ex., s. XV in., s. XIV ex.; qui enumerati sunt in inuentario Vaticano codicum Palatinorum ab Halmio edito N. Jbb. f. Philol. Suppl. XV p. 172 et 177, nisi quod in codicibus 1476 et 1531 post libros de oratore etiam Oratorem inesse auctorem illius inuentarii plane fugit.

10. Ottobonianus 1259 membr. s. XV.
11. Casanatensis C III 10 chart. s. XIV ex.
12. Chisianus H V 146 membr. anno 1397 exaratus.
13. Chisianus H VI 187 membr. s. XV in.
14. Chisianus H VIII 247 membr. s. XIV ex.
15. Neapolitanus IV A 62 membr. s. XV.
16. Neapolitanus IV A 65 membr. s. XV.
17. Laurentianus 50, 33 membr. s. XIV ex.; a Lagomarsino inter codices Tullianos a se collatos numero 36 signatus.
18. Laurentianus S. Marci 262 membr. s. XV (= Lag. n. 13): *„Tulius de oratore conuētus sancti Marci. or. predicator. Ex hereditate doctissimi uiri Nicolai niccoli florentini**)“.*
19. Florentinus Magliabecchianus VI 185 membr. a. 1418 exaratus: *„Histe liber est mei Matthei simonis philipi destrozis“.*
20. Riccardianus 505 (in tergo signatus n. XXXI) membr. s. XIV = Lag. n. 2 (cf. Bandini Catalog. codic. Latin. bibl. Laur. t. II p. 492 sqq.)

---

*) Hic a recenti manu sic est inscriptus: *Palatinus primus uocatur a Grutero in Cicerone suo;* deinde 1476: *Palatinus IV uocatur* et quae seq.; denique 1531: *Palatinus secundus uocatur* c. q. s. et ad 1473 et 1531 recte haec illam manum adnotasse confirmatur adnotatione ipsius Gruteri (ed. 1618) ad § 93 *(arce et urbe orbam);* certe duos tantum codices mutilos ad Oratorem quidem edendum adhibuisse eum illinc perspicitur; contra ad 1476 cf. infra p. XV not.

**) Hunc codicem et qui sequuntur 19. 22. 23 inspexit D. Detlefsen descripsitque in commentatione: *Ueber die mittelalterlichen Bibliotheken Norditaliens*, quae est in Actis conuentus philologorum Kiliensis 1869 p. 106.

21. Riccardianus 506 membr. s. XV in. = Lag. n. 4.
22. Ambrosianus E 14 inf. membr. s. XIV ex.
23. Ambrosianus E 127 sup. membr. s. XV.
24. Venetus Marcianus XI 35 chart. s. XV.
25. Patauinus Capit. B 41 R 2 membr. s. XIV desinens § 134: *prope similitudinem,* ab ipso librario non perfectus.
26. Patauinus Semin. 24 chart. s. XVI.
27. Bergomensis Δ 7, 13 membr. s. XV.
28. Parisinus 7695 membr. s. XIV.
29. Parisinus 7750 membr. anno 1417 exaratus; a Carolo Stephano collatus in ed. Cic. t. I 1554 („uetus Stephani").
30. Monacensis 15958 membr. s. XV in.
31. Gudianus 2 (Eberti 201) membr. s. XIV a Kleinio collatus in appendice editionis Goellerianae.
32. Erlangensis 303 (olim 39) membr. s. XV mutilatus a principio et incipiens § 100: *subtiliter et alta grauiter* (excidit enim unum folium); primum collatus a Carolo Beiero in appendice ed. Orellianae a. 1830 et maiore cum diligentia a Christiano Hoernero in commentatione gymnasii Bipontini a. 1878.
33. Britannicus Egertonensis 2516 membr. s. XIV.
34. Britannicus Addit. 19586 membr. s. XIV ex.
35. Oxoniensis Sancti Ioannis 81 membr. s. XIII uel XIV; a Zacharia Pearce in praefatione librorum de oratore a se editorum magnis laudibus elatus.
36. Cheltenhamensis 16284 membr. s. XIV (ex collectione Libriana emptus).
37. Glasguensis musei Hunteriani U 6, 18 membr. anno 1453 exaratus.

Hi codices omnes primum quidem in eo consentiunt quod priore parte Oratoris (§ 1—90) aeque atque Abrincensis carent. nec minus desiderantur in iis omnibus ea quae inter §§ 191 et 231 iam ante Abrincensem excidisse supra diximus, in omnibusque eadem uerba sine ullo lacunae signo aeque atque in illo continuantur. denique iisdem locis, ubi in Abrincensi pauca intercidisse diximus propter archetypi legendi difficultatem, ut § 100. 155. 168, eadem in omnibus his codicibus mutilis desiderantur. et iam prope certum esset eos codices ad unum omnes ex Abrincensi fluxisse, nisi aliis in rebus tamen nimia quaedam discrepantia intercedere uideretur. itaque paulo accuratius in singulos est inquirendum.

Atque illud quidem perleue est, quod in non nullis aliquid additum est ad sanandum uerbum in ipso principio dilaceratum: *-toque robustius.* aut enim singuli codices ipsa haec mutilata uerba tradunt: 33 et 35; aut mutauerunt in *teque robustius:* 8 et 37; aut omissum est *toque:* 12; aut suppleuerunt haud infeliciter *quantoque robustius:* 2. 28. 30 (superscr. man. 2 *eque*). 31; aut suppleuerunt *multoque robustius:* 4. 7. 9. 11. 13. 15. 19. 21. 22. 26. 29. 34 (superscr. man. 2: *al. teque robustius*). 36; aut suppleuerunt *multo* (uel *multoque*) *subtilius multoque robustius:* 10. 18; aut etiam suppleuerunt simili modo, sed uberioribus uerbis haec: *Tertium quod restat huius partitionis* (uel *petitionis*) *ingenium* (uel *ingenii*) *est Quinte* (uel *quod*) *frater multo sublimius* (uel *subtilius*) *multoque robustius:* 5. 6. 14 (om. *sublimius multoque*). 17 (ubi deleuit uerba *Tertium — subtilius* man. 2). 20. 25; praeterea etiam in 11 et 34 man. 2 idem principium in margine adscripsit. denique alio modo suppleuerunt 1. 3. 11 (ubi ad superius supplementum hoc addidit man. 2). 16. 23. 24. 27. 32: *Est aliud exornandi* (uel *ornandi*) *genus multo illustrius multoque robustius.* in quorum non nullis praenotatum est: *Potuit autem aliquid tale proxime antecessisse*, ut in Erlangensi (32); in quo quamquam initium Oratoris mutili, ut supra dixi, excidit, tamen in antecedentis paginae (i. e. ultimae librorum de or.) infimo margine adscripta illa uerba conseruantur.

Iam uero maioris momenti quam illa principii uarietas uarietas est lectionis quaedam, quae per totum librum in aliquot codicibus inuenitur. qui a ceteris discrepant ita, ut facile duo omnino genera agnoscantur: alterum id in quo aut nihil aut certe pauca eaque plerumque leuia ex codicis Abrincensis scriptura mutata sint, alterum id in quo permulta eaque sane grauia inueniantur uel addita uel correcta. uelut § 103 in Abrincensi quidem haec leguntur: *ni uel nota esse accusarentur uel opes possent legere qui quaererent*; in Erlangensi haec: *ni uel his nota esse qui accusarentur aut defenderentur uel per se possent legere qui quaererent.* § 106 Abrincensis habet: *itaque nostri quicumque orabamus* (quae uerba corrupta sunt ex his: *easque nos primi quicumque eramus*); in Erlangensi ceterisque eiusdem generis sunt haec: *itaque nos qualitercumque orabamus.* § 185 in Abrincensi sic legitur: *sed ut ceteris in rebus necessitatis inuenta antiquiora sunt quam uoluptatis; itaque et Herodotus et eadem superiorque aetas* e. q. s.; Erlangensis autem eiusque similes inter *uoluptatis* et *itaque* haec uerba inculcata habent: *ita et* (uel om. *et*) *in hac re accidit, ut multis saeculis ante oratio nuda ac rudis ad solos animorum sensus exprimendos fuerit reperta, quam ratio numerorum causa delectationis aurium excogitata*; quae quidem uerba in eo quoque codice (Laudensi) defuisse constat, ex quo totum integrorum codicum genus

manauit. has multasque alias lectiones hi codices communes habent: 1. 3. 8. 13. 16. 23. 24. 27. 29. 32; accedunt 4. 10. 14. 20. 21. 30. 34, in quos non nullae ex illis lectionibus ab altera manu illatae sunt. quaeritur igitur quaenam illis lectionibus ab Abrincensi discrepantibus habenda sit fides.*)

Ac iam supra p. VI adnotauimus inter scripturae compendia ab Abrincensi adhibita notam esse quandam olim Tironianam pro *autem* eamque admissam a librario locis omnino duodetriginta; qui loci sunt hi: 91 bis. 94. 98. 99. 113 bis. 120 bis. 123. 127. 145. 147. 159. 160. 161. 162. 171. 174. 175. 176. 180. 185. 189. 191 bis. 235. 236. uideamus igitur quonam modo singuli codices mutili his quidem locis se habeant. atque transcripta est ipsa illa nota omnibus illis (iisque solis) locis in uno, quem supra numero 35 signauimus, nisi quod librarius eius notae formam ad similitudinem potius litterae k (ƙ) commutauit. deinde in his duobus: 34 (man. 1) et 36, omnibus illis locis pro ea nota recte positum est *autem*, excepto uno loco § 99, ubi 36 pro *hic autem* habet: *hich* (i. e. hic ƕ), et 34: *hich* (ubi litteram *h* altera manus expunxit). hi igitur tres codices Anglici quin ex Abrincensi manauerint uix quisquam dubitabit. sed de ceteris quoque, si quid uideo, omnibus facile idem probabitur. nam in his tribus: 12. 33. 37, omnibus illis locis iisque s o l i s pro *autem* positum est *e n i m*, ut appareat descriptum quondam Abrincensem a librario esse, qui notam illam, quam parum intellegeret, falso interpretaretur. in aliis iisque longe plurimis non omnibus illis quidem locis *enim* scriptum est, sed tamen multo pluribus quam *autem*; huius generis sunt 1. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 29. 32: in quibus § 113 ex. et 174 legitur *autem*, ceteris fere**) locis *enim*. in uno tantum saepius *autem* quam *enim* legitur: n. 11 (*enim* § 99. § 120 med. § 145. § 160. § 161. § 176; ceteris locis *autem*), ubi doctum quendam librarium interfuisse puto, qui pluribus illis locis ueram lectionem ex sententiarum nexu feliciter restituerit. restant quattuor codices, in quibus uiginti quinque locis occurrit *enim*, tribus reliquis *l i c e t* (quod nasci potuit ex nota ꝉȝ pro ƕ uel pro ƙ posita): § 113 ex. § 174.

*) Disputauit de ea re et de ea ratione quae inter singulos quosdam mutilos intercederet Carolus Stegmann: *De Oratoris Tulliani mutilis qui dicuntur libris*, diss. Jenens. 1874 p. 10; sed is non recte iudicauit nec uero potuit, cum codicis Abrincensis uarietatem lectionis parum accurate compertam haberet; cf. quae ipse dixit p. 41 sq.

**) Nihil scilicet ad rem est, si singulari alicuius librarii errore pro *autem* scriptum est: *aut*, uel pro *enim*: *etiam*, uel similia.

§ 235; cuius modi sunt 2. 28. 30 (man. 1). 31; qui iidem commune inter se habent principium illud suppletum *quantoque robustius*. quid multa? siue recte siue falso nota illa in singulis codicibus transcripta est, certe ex horum ipsorum mendorum natura atque constantia illud satis perspicuum est: non solum tres illos codices Anglicos ex Abrincensi deriuatos esse, sed reliquos quoque codices, i. e. omnes quos enumeraui.

Quae cum ita sint, de ea lectionis uarietate cuius supra p. XI tria exempla attulimus sic iudicandum est: e m e n d a t u m e s s e i d g e n u s c o d i c u m m u t i l o r u m a u i r o q u o d a m d o c t o a t q u e e t i a m i n t e r p o l a t u m. uelut cum § 103 in codice Abrincensi *arbitrarer* corruptum esset in *accusarentur*, — cuius corruptelae rationem supra p. VIII demonstrauimus, — interpolator ille deesse aliquid existimans non solum *qui* addidit, sed inculcauit etiam *aut defenderentur*; ut iam ex uno illo mendo pro solo uerbo *arbitrarer* haec nata sint omnia: *qui accusarentur aut defenderentur*. deinde § 106 cum in Abrincensi a librario scriptum fuisset *orabamus* pro *eramus*, illud quod praecedit *quicumque* interpolator emendandum esse duxit in *qualitercumque*. denique ea uerba interpolata esse iam plane apparet quae § 185 inter *uoluptatis* et *itaque* inculcata esse supra diximus; et facile etiam causa cognoscitur, cur talia hic inculcanda esse uir ille doctus censuerit. cum enim Abrincensis habeat: *sed ut ceteris in rebus necessitatis inuenta antiquiora sunt quam uoluptatis, itaque et Herodotus et eadem superiorque aetas* e. q. s., offendebat interpolatorem illum, quod ei enuntiationi quae ab *ut* incipit non responderet altera quae inciperet ab *ita*; excidisse igitur talem enuntiationem suspicatus est eamque interpolauit. at quanto aptius fuisset quantoque facilius, si id quod sequitur *itaque* emendasset in *ita*! ergo et haec et omnia illa, quae in codice Erlangensi similibusque inueniuntur uel emendata uel interpolata, prae ipsius Abrincensis auctoritate fidem profecto nullam habent.

Quaeritur autem quanam aetate aut cuiusnam uiri docti opera emendationes et interpolationes illae factae sint. atque exarati esse uidentur codices illi omnes aut ineunte saeculo quinto decimo (ut n. 29 anno 1417) aut etiam aliquanto post; ea autem aetate quisnam maiore studio in tractandis oratoriis libris Tullianis uersabatur quam Gasparinus Barzizius, qui idem libros de oratore mutilos ante inuentum codicem Laudensem de suo supplere in animo habuerat? accedit quod Gasparinus diserte nominatur in adnotationibus in codice Riccardiano 506 (supra n. 21) ad libros de oratore adscriptis, de quibus cf. quae disputata sunt a Lagomarsino apud

Bandinum in Catalogo codic. Latin. bibl. Laur. t. II p. 499 sqq. Gasparinus igitur, qui libros de oratore emendauit interpolauitque, idem fecisse uidetur in Oratore cum illis libris coniunctissimo, praesertim cum huius libri tractandi ratio prorsus similis sit eius tractationi illorum; et sane ex eius scholis hi libri ab eo interpolati per totam Italiam non poterant non diuulgari. est autem ipsa eius opera emendandi minime ne a nobis quidem contemnenda; non nullis enim locis ea quae corrupta tradebantur ex ingenio tam feliciter sanauit, ut facile ego animum induxerim tales quidem emendationes in contextum recipere: non codicis loco hac recensione Gaspariniana (= γ) utens, at editionis; cf. §§ 105. 126 alibique.

Caput III.

De codice Laudensi.

Alterum librorum manu scriptorum genus Oratorem continet integrum. eius generis quicumque adhuc noti sunt codices manauerunt omnes ex codice illo Laudensi, quem Gerardus Landrianus episcopus Laude Pompeia anno 1422 casu quodam inuenit. continebat is codex *„libros Rhetoricorum nouos et ueteres qui habebantur, tres de Oratore integerrimos, Brutum de Oratoribus Claris, et Oratorem ad Brutum“*; cf. de hac inuentione narrationem Flauii Blondi in Italia Illustrata Basil. 1531 p. 346 sq. iam dudum uero, id quod maxime dolendum est, ipse nunc codex amissus est; uidendum est igitur quanam ratione ex iis quae ad nostram aetatem peruenerunt exemplis ueram eius lectionem possimus recognoscere ac retractare.

Ac primum ad hunc usum pertinent ea quae Vespasianus Florentinus refert in libro de uitis CIII uirorum illustrium saeculi quinti decimi (Romae 1839 p. 618): *L'orator ed il Brutus furono mandati a Nicolao di Lombardia, ed arrecoronlo gli oratori del duca Filippo quando vennono a domandare la pace nel tempo di papa Martino, e fu il libro trovato in una chiesa antichissima in uno cassone ch'era stato lunghissimo tempo che non s'era aperto, e cercando di certi privilegi antichi, vi trovorono questo libro in uno esemplo vetustissimo;* de quibus uerbis fusius disputauerunt L. Urlichs in Eois tomo II p. 351 et Detlefsen l. c. p. 102 sq. atque hoc ipsum exemplum Nicolao Niccoli Florentiam ex Lombardia missum nunc quoque exstare suspicor. adseruatur enim nunc in bibliotheca publica Florentina codex quidam littera numerisque I 1, 14 signatus, chartaceus, saeculo quinto decimo litteris

cursiuis quae dicuntur diligentius quam nitidius exaratus, foliorum 74, solos Oratorem et Brutum continens, quem ad Brutum edendum primus adhibuit Ellendt (cf. ed. II 1844 praef. p. X), qui idem eum a Lagomarsino olim numero (nunc eraso) 8 signatum fuisse recte demonstrauit. eum librum fuisse olim monasterii Florentini S. Marci cum ex numero tergo impresso 261 intellegitur atque ex simillima specie codicis S. Marci 262 in bibliotheca Laurentiana adseruati, quem supra inter mutilos enumerauimus, tum ex membrana codici inserta hisque uerbis inscripta: *Iste liber ē cōuētus S. Marcj deflo[a] · ordīs predic. de hereditate Nicolaj de nicolis florētinj uirj doctissimj.* ab ipso Nicolao eum exaratum esse, ut Detlefseno uisum est, examinato collatoque litterarum ductu persuadere mihi non potui, atque etiam, cum praeter ipsius librarii manum altera quaedam manus inueniatur, quae non nulla correxit, ne hanc quidem Nicolai fuisse nunc arbitror. at non solum hanc correctoris manum ex ipso exemplari Laudensi hausisse, sed ipsum librarium facile apparet. hic enim multifariam inter scribendum dubitauit et quae falso scripserat ipse statim emendauit, ut § 3: *eloquenti — aegenus;* § 16: *magnā mora orationis*; § 142: *cura-ut* (pro *cur aut*); § 148: *mea-ut;* § 152: *graiạ atque;* § 208: *cūc̣is* (pro *cum is*), ex quibus mendis aliisque facile intellegitur Laudensem ita exaratum fuisse, ut singula uerba spatiis non distinguerentur; in distinguendo igitur cum librarius saepe errasset, non nulla tamen ipso ex exemplari emendauit. ita cum satis certum sit ex ipso Laudensi librum transcriptum esse et Mediolano, ubi tum Laudensis a Gasparino adseruabatur, Florentiam missum, eundem hunc esse suspicor quem dicit Vespasianus. de tempore autem illud constat scriptum eum esse ante Laurentianum 50, 18, quem illius apographum esse post docebimus; huius autem subscriptio haec est: *Cosmae . de . Medicis . hoc . opus . absolui . feliciter . die . prima . Octobris . MCCCCXXIII . ego . Jacobus . Antonii . Curli . Januen̄. Florentiae .* nam ipsum Laudensem inuentum esse anno 1422 paulo post magis intellegetur; illud igitur apographum Nicolao missum aut eo ipso anno aut certe initio subsequentis esse factum non possum non credere.

Accedunt ad hunc codicem Florentinum duo alia apographa ex ipso Laudensi descripta: Vaticanus Palatinus 1469 et Ottobonianus 2057. Palatinum 1469 iam a Grutero in edendo Cicerone adhibitum esse ab eadem illa manu recenti (*Palatinus quartus**) *uocatur* e. q. s.) adfirmatur quae tres

*) Sic inueni, quamquam iam Palatinum mutilum 1476 hoc eodem

illos Palatinos mutilos signauit. codex est membranaceus, saeculo quinto decimo nitide exaratus, foliorum 192; continet libros de oratore et Oratorem, quorum tamen singuli libri nec inscriptionibus nec subscriptionibus distinguuntur. uerum tamen altera manus uiri cuiusdam docti, qui idem uerborum contextum multifariam ex exemplari correxit, in principio Oratoris (f. 149u) in margine haec adscripsit: *Incipit orator;* deinde ad § 91 (f. 164r): *huc usque deerat;* denique in fine Oratoris: *Ex uetustissimo Codice/. Libri tres de Oratore ad Q. fratrem/. Item orator ad . M. Brutū transcripti ꝑfectique expliciūt/. et ad exemplar emendati . deo grās.* huius scripturae ductus simillimus est ei quem in aliis codicibus Gasparini Barzizii esse inueni; correxisse igitur codicem ipse Gasparinus uidetur correctumque subscripsisse. ex ipso Laudensi codicem haustum esse subscriptioni credo; quemnam enim alium „codicem uetustissimum“ librorum de oratore et Oratoris illis temporibus Gasparino praesto fuisse dicamus? in margine idem non nulla adnotauit de uarietate lectionis librorum maxime mutilorum interpolatorum, ut § 159 ad *inductus* (quod erat in L pro *indoctus*): *inclitus*; § 238 ad *imprudentiam*: *al. impudētiā*; id quod, si quidem Gasparinus codicem correxit, minime mirum est.

Ottobonianus 2057 membranaceus foliorum 126 saeculo quinto decimo nitide exaratus continet libros de oratore, Oratorem, Brutum libellumque de optimo genere oratorum; quem tamen libellum alius librarius adiunxit. inscriptionibus singuli illi libri carent; de subscriptionibus parum accurate egit Ellendt l. c. p. VII (cf. Detlefsen l. c. p. 101); exstant enim post Bruti finem (f. 124r) subscriptiones duae: una a librario ipso facta, altera a correctore quodam, qui idem omnes libros praeter libellum de optimo genere oratorum emendauit. illa librarii subscriptio in infimo paginae margine pusillis litteris adscripta legitur sic: *MCCCCXXII die p̄ltio nouembr̄ in sero/ finit Am.**) quibus ex uerbis intellegitur codicem Laudensem anno 1422 et inuentum fuisse et ante huius anni exitum descriptum. correctoris autem subscriptio post ipsa extrema Bruti uerba incipiens haec est: . *M̄. Tullij*

numero signatum esse supra p. IX dixi; sunt autem in illo orationes quoque Tullianae quaedam disputationesque Tusculanae; quae cum libros oratorios antecedant, eas potius quam libros oratorios illo numero Gruteriano significari apparet.

*) Hanc subscriptiunculam, quam iam in Mus. Rhen. 38 p. 122 exscripseram, Th. Stangl (Wochenschr. f. klass. Philol. I p. 650) in O exstare negauit; sed recte me sic eam legisse per litteras mihi confirmauit A. Man. ibidem Stangl p. 652 in OPF § 38 legisse sibi uisus est *dimensa;* legitur autem in tribus illis codicibus ut ego scripsi: *demensa.*

Ciceronis/de Oratore/. Orator/. Brutus/libri feliciter expliciunt. qui sunt reuerendissimi in Christo patris et domini / domini Franc̄. Bossij / Mediolanensis / Episcopi Cumani ac Comitis / iuris que utrius doctoris/. uiri que grauissimi et pacatissimi / domini Anthonij Bossij / filij ducalis consiliarij et Quęstoris. Qui tres oratorij libri correcti / auscultati / collecti / emendati / conformati / et iustificati fuerunt / cum codice illo uetustissimo et ipsa intuitione religionem quandam mentibus hominum inferente/. quem . r̄ . p̄ . et . d̄ . d̄ . Gęrar̄ . Landr̄ . Episcopus Laudensis et Comes/ in archivio ecclesię suę repperit / litterarum cupidior/. per Antonium Johannis / Simonem Petri / Bossios / et me Franc̄. Vigleuium de Ardicijs / quanuis cursim / MCCCCXXV. die XXVI. Aprilis. Indictione tercia/. in ciuitate papię / studiorum matre. Non inueni plura in perueteri codice/. fortunę quidem iniquitas id totum / si tamen quiddam erat / recidit. Eo tamen urgeor / qd̄ ista dicendi diuinitas / multos annos obliuiosa / et inculta sic irreligiose prostitit. Ni quidem fuisset dicti pręsulis Laudensis solers bene dicendi studiū / uigilantia que industris / iterum diuino careremus hoc munere (Vide ꝙso priscorum incuriam) cuius inuentione quāplurimū famę et perhennitatis sortitus est/. Sed idem Cumanus / aut paris est glorię / uel non minoris felicitatis/. propterea qd̄ primum ueterem et superiorem codicem / non sat a plerisque legibilem / ob antiquarum litterarum effigiem / stilum que īcognitū / in latinas et explicatas bene litteras / studiose que interpunctas / su^{m}a diligētia renouauit. atque hactenus Vigleuius. codex igitur cum descriptus esset ex Laudensi ipso, id quod multis etiam librarii erroribus confirmatur, tribus annis post ex eodem Laudensi „quamuis cursim“ est emendatus. quo in opere faciendo Vigleuius non numquam reprehendit librarium; uelut § 32 cum archetypus ut uidetur haberet *cūmutilaquaedamethiantea*, librarius autem scripsisset *cu mutila quaedam et hi antea*, corrector in margine haec dedit: *cū mutila quedā et hiantea*, addiditque hanc notam: *Male enī interp̄tatus ē codicē uetustissimum.* item § 37 pro *epedycti cōnominatur* correxit *epedicticon nominatur* addiditque: *male quidē amicus nr̄ transtulit l̄ras codicis ueterani.* postremo § 158 pro *insilit terrā* corrigens *nisi litterā* addidit: *pessime enī amicus noster antiquarum litterarum cognouit effigiem;* ceteris locis iisque permultis, ubi quid e Laudensi in margine emendauit, satis habuit adscripsisse uocabulum *uetus.* nec tamen has solum adnotationes corrector e Laudensi hausit, sed etiam alias addidit, in quibus si quid aliter alibi legeretur indicauit; et his quidem fere adscripsit notam *al*; quarum adnotationum plurimae repetitae sunt ex codicibus mutilis iisque interpolatis, ut § 159 illud *inclitus* pro *inductus*; § 163 pro *at*

tauricos locorum: al. auratus aries colchorum; § 168 post *cogniti: al. etiam a latinis.* est denique in margine tertium quoddam adnotationum genus, quod ad orthographiam pertinet et ab ipso iam librario factum est. haud paucis enim locis codex Laudensis quasdam uerborum formas seruauerat antiquiores, ut *perficiundi, maxume, lubet, uolt, omnis* aliasque accusatiui pluralis formas stirpium in *i* exeuntium; quarum formarum speciem librarius quasi admirans hac nota apposita testatus est: *Antiq̄* uel: *A*; hoc fecit locis triginta quinque, atque in iis quidem scriptio codicis Laudensis certo sciri potest. itaque etiam cum in illarum formarum numero deprehendantur hae tres: *omnis* § 24 et *communis* § 47 pro *omnes* et *communes* (nom. plur.), et *ancipitis* (acc.) § 98 pro *ancipites,* has quoque credendum est iam in Laudensi sic scriptas fuisse.

Sed iam accuratius etiam uidendum est de rebus orthographicis quales fuerint in Laudensi. saepe autem in his rebus inter se discrepant tria illa apographa, et ne ipsa quidem sibi constant. uelut *e* pro *ae* in Florentino perraro posita est, multo saepius in Palatino (aliquotiens a Gasparino correcta), in Ottoboniano uero saepissime, ita ut hic codex perraro omnino diphthongum admittat. in uerbis *intellegendi* et *neglegendi* Florentinus semper habet *e* excepto uno loco § 10 (*intelligendi*); Palatinus semper praetulit *i* excepto uno loco § 37 (*neglegenda*); Ottobonianus in priore libri parte (usque ad § 146) *intelligere* scripsit per *i*, in posteriore *intellegere* per *e*, contra *neglegere* semper per *e*. Palatinus peccare solet in consonantibus aut falso geminatis aut non geminatis, (ut *dificilimum* § 36; *occulos* § 9. 60; *affugit, affer* § 158); Ottobonianus saepe falso admittit adspirationem (ut *Achademiae* § 12, *thoros* § 21): ita his quidem in rebus de ipsius Laudensis scriptione uix quidquam certi explorari potest. longe tamen ceteris duobus praestat Florentinus; id quod cum aliis rebus cognoscitur tum collatis locis illis triginta quinque, ubi ex librarii Ottoboniani adnotationibus certi aliquid scire possumus; consentiunt enim codices F et O iis ipsis locis fere omnibus*) praeter hos: *omnes* § 24 (Ottobonianus cum Laudensi falso *omnis*) et *proximus* § 217 (O cum L *proxumus*). hinc apparet Florentinum sane diligenter e Laudensi descriptum esse; itaque huius potissimum auctoritatem orthographicam mihi sequendam esse duxi. paucas tamen eius scriptiones, quas quidem ego non receperim, praeter eas quae iam dictae sunt hic addam: *moereret* § 74, *poenitet* 164, *Coelius* 230; *spraeta, praessius* 13. 26. 42, alibi; per simplicem *i* non solum scripta sunt *Rabiri, Corneli,* sed etiam *adversari* 124, *propri* 126; deinde uariantur formae *loquuntur loquutus* et *locuntur locutus* aeque ac *sequuntur sequutus*; frequenter occurrit *quottidie, quottidianus,* semel *cotidiano* 186; leguntur *simulachrum, sepulchrum; prendo* saepius quam *prehendo*; *exto, exulto, expecto* (*execretur* 138 correxit man. 2); *delitiis* 39; denique *ammiror* saepius quam *admiror* (etiam *ammoneo* 178) et constanter *cumdem, quemdam, quamdam,* nisi quod 38 *cumdem* a man. 2 correctum est. — Graeca uocabula in tribus illis apographis semper Latinis litteris transcripta sunt, plerumque etiam Latinis uocibus; semel tamen in Florentino § 70 ad *praepon* in margine Graecis litteris a manu altera adnotatum est: *ΠΡΑΙΠΟΝ.*

*) Contra Palatinus cum Ottoboniano his quidem locis uicies tantum congruit, reliquis quindecim ab eo discrepat.

Caput IV.

De codicibus mixtis et emendatis.

Alia integri Oratoris exempla praeter Florentinum Palatinum Ottobonianum ex codice Laudensi deriuata nec tamen ex eo ipso descripta exstant paene innumerabilia. quorum genera tria sunt: unum eorum in quibus antiquior aliquis codex mutilus post inuentum codicem Laudensem iis partibus auctus est quae antea ei defuerant, uelut cod. Laurentianus 50, 1, de quo Henricum Rubnerum fusius disputasse iam supra diximus; et hoc quidem genus uocamus suppletorum. alterum est eorum in quibus uicissim integri Oratoris aliquod exemplum hic illic correctum est ex codice aliquo mutilo, uelut codex ille Dresdensis, quem eam ipsam ob causam Orelli in editione a. 1830 facta caute adhibendum esse monuit (praef. p. CXIV); et id quidem genus uocamus correctorum. tertium genus uniuersum reliquum numerum continet codicum integrorum non mixtorum, i. e. nec suppletorum nec correctorum, uelut codicem Gudianum 38 (Eb. 200), quem contulerunt Weller et Klein (apud Goellerum). adnotandum denique est horum ipsorum trium generum quosdam codices inueniri a uiris quibusdam doctis uel paucis uel pluribus locis haud infeliciter emendatos, id quod post magis intellegetur; cuius modi sunt cum alii complures tum Einsiedlensis et Vitebergensis, quos ceteris omnibus anteponendos esse post Orellium omnes editores recentiores adhuc putauerunt. ac deinceps iam de tribus illis generibus disputabimus.

I. Suppleti codices eo facile agnoscuntur quod multo pluribus locis tales lectiones habent, quae mutilorum propriae

sint, quam correcti, multo magis autem eo quod duodetriginta illis locis, de quibus supra diximus, si non omnibus at certe plerisque *enim* habent pro *autem*. enumerabo iam quos inspexerim codices huius generis ac significabo in singulis numerum eorum locorum in quibus illud *enim* inuenerim: 1. Vaticanus 1704 (15); — 2. Vaticanus 1710 (16); — 3. Vaticanus Regin. 1516 (19); — 4. Neapolitanus IV A 41 (14); — 5. Neapolitanus IV A 42 (16); — 6. Neapolitanus IV A 43 (16); — 7. Laurentianus 50, 1 (21); — 8. Laurentianus Acquisti 52^5 (16); — 9. Harleianus 2592 (16); — 10. Harleianus 2619 desinens § 195 (16); — 11. Oxoniensis Collegii Noui 250 (22); — 12. Cheltenhamensis 4273 (16).

Atque horum librorum omnium eae partes quae ex Laudensi fluxerunt aetate scilicet non superant annum inuentionis 1422; mutilae autem partes in quibusdam uetustiores sunt, iis quidem in quibus duae librariorum manus agnoscuntur. huius generis sunt tres: 3. 6. 7, in iisque antiquissima est prima manus cod. Laur. 50, 1 (n. 7), quae opus suum fecit saec. XIII. is codex (= Lag. 32) membranaceus est, binis columnis exaratus, tribus omnino manibus confectus; antiquus autem mutilus seruatus est inde ab his uerbis (f. 104 r): *tia mihi persuasisset* § 100 usque ad finem, omissis tamen §§ 191—231. atque hunc mutilum ex integro aliquo exemplo correxit manus altera; uelut plerisque illis locis, ubi falso scriptum erat *enim*, haec recte superscripsit *autem*. deinde tertia manus alteri fere aequalis quod defuerat principium (§ 1—100) praescripsit, eam tamen lacunam quae erat inter § 191 et § 231 supplere supersedit; descriptam uero recentiorem illam partem ex ipso Laudensi esse nullum repperi indicium. Vaticanus Regin. 1516 (n. 3) membr. has habet partes: mutilam § 98 (*maximus minimeque*) — § 191 (*dactylicus numerus exa-*) et § 231 (*de laudibus multa*) usque ad finem; cetera ab altera manu recentiore suppleta sunt; sed ne uetustior quidem manus, quae mutilum conscripsit, saeculo XV uidetur esse antiquior. Neapolitanus IV A 43 (n. 6) chart. saeculo XV a tribus manibus confectus est: prima exarauit mutilum, quae quidem incipit § 102: *grauiter dicere*, desinit § 188: *definita sunt*, deinde denuo § 231: *genere numerorum* usque ad finem; ea omnia altera et tertia manus dupliciter correxerunt: altera ita, ut interpolaret mutilum eo modo de quo supra cap. II diximus, tertia ita, ut emendaret non nulla ex codice aliquo integro erasis interdum iis quae ab altera manu interpolata fuerant; ab hac eadem manu tertia ea quoque quae defuerant suppleta sunt.

II. Codices correcti toti scilicet et ipsi et ceteri integri qui post enumerabuntur exarati sunt omnes post inuentum demum Laudensem. codices correctos ut agnoscerem eam rationem secutus sum, ut conferrem §§ 100—106. 124. 185; quibus in paragraphis ubicumque plures lectiones repperi, quae ex codicibus mutilis — siue interpolatis siue non interpolatis — sumptae esse uiderentur, codicem huic generi adnumeraui; uelut § 100 *non manu* L — *nam manu* A; *igitur sed* L — *igitur is* A; *magna grauiter* L — *alta grauiter* A; § 124 *non clatis* L — *nondum clatis* A; § 185 in plerisque addita inueniuntur ea quae in mutilis interpolata esse supra demonstraui cap. II: *ita in hac re — excogitata.* contra, quod ad eos locos attinet in quibus mutili *enim* pro *autem* positum habent, in singulis correctis perrara eius rei exempla inueniuntur. atque huius generis codices a me inspecti sunt hice: 1. Vaticanus 1702; — 2. Vaticanus 1709 (de quo post dicetur); — 3. Vaticanus 3237 (cui haec subscripta sunt: *Joannes Arretinus Absoluit. VIII. Kt. Januarj/. MCCCCXXII. Saluatoris Anno/. Venetiis*); — 4. Palatinus 1465; — 5. Palatinus 1471 (*Palatinus primus in Bruto uocatur in Cicerone a Grutero publicato. in Oratore quintus. in Partitione quintus*); — 6. Vaticanus Regin. 2046; — 7. Vaticanus Capponianus 16; — 8. Casanatensis A I 15; — 9. Casanatensis C IV 9; — 10. Corsinianus 43 G 16; — 11. Neapolitanus IV A 60 bis; — 12. Ambrosianus A 73 inf.; — 13. Ambrosianus G 28 inf.; — 14. Ambrosianus C 75 sup.; — 15. Ambrosianus H 21 sup.; — 16. Ambrosianus L 86 sup.; — 17. Ambrosianus O 158 sup.; — 18. Mediolanensis Brerae AG. XI 25; — 19. Venetus Marcianus 420; — 20. Parisinus 7703; — 21. Parisinus 7704; — 22. Parisinus 7705; — 23. Parisinus 7706; — 24. Dresdensis Dc 108; — 25. Wolfenbuttelanus Aug. 12, 13 (Eb. 199; a Wellero collatus); — 26. Britannicus 11 923; — 27. Bodleianus D'Oruillianus X 1. 5, 2; — 28. Oxoniensis Stae Magdalenae 206; — 29. Cheltenhamensis (olim *Libri 253*) 16296; — 30. Edinburgensis Aduocatorum 18. 3. 12. — De duobus non habeo quid iudicem: cod. Genuens. Uniuers. E V 12 (script. a. 1467), quem uidit Detlefsen l. c. p. 107, ipse non inspexi; deinde de eo quem Barcinone se uidisse narrat Ernestus Volger Philol. XIII p. 192 sqq., ubi cum tantum modo ex §§ 1—42 uariae lectiones exscriptae sint, utrum suppletus an correctus an non mixtus codex sit iudicare non potui; illud certe ex lectionibus illis apparet, codicem non posse, ut Volgero uisum est, iam exaratum esse saeculo XIII, sed ut ceteros codices integros saeculo demum XV.

III. Integri non mixti a me inspecti sunt hice: 1. Vaticanus 1701; — 2. Vaticanus 1712; — 3. Vaticanus 1720 (qui idem mutilum quoque continet, cf. cap. II); — 4. Vaticanus 3238

(cf. cap. II); — 5. Palatinus 1467 (*Palatinum sextum uocat Gruterus in Cicerone suo*); — 6. Ottobonianus 1171; — 7. Ottobonianus 1449 (*ex bibliotheca Serenissimae Reginae num. 603*); — 8. Ottobonianus 1994; — 9. Vaticanus Regin. 1841 (emendatus); — 10. Urbinas 311; — 11. Chisianus H V 148; — 12. Barberinus VIII 126 (*Angeli Politiani et amicorum*); — 13. Neapolitanus IV A 40 (emend.); — 14. Neapolitanus IV A 58 (emend.); — 15. Laurentianus 50, 4 (= Lag. 39); — 16. Laurentianus 50, 18 (= Lag. 51; de emendationibus post dicetur); — 17. Laurentianus 50, 19 (= Lag. 53); — 18. Laurentianus 50, 21 (= Lag. 55); — 19. Laurentianus 50, 22 (= Lag. 56); — 20. Laurentianus 50, 25 (= Lag. 58); — *21. Laurentianus 50, 31 (= Lag. 35; a Poggio emendatus, de quo paulo post dicetur); — 22. Laurentianus 50,36 (= Lag. 68); — 23. Laurentianus 50,38 (= Lag. 70); — 24. Laurentianus 90 sup. 88; — 25. Laurentianus 91 inf. 8 (*ex libris fratrū Ordinis D. Francisci Montis Politiani*; emend.); — 26. Laurentianus Faesul. 186 (= Lag. 89); — 27. Laurentianus Aedil. 207 (= Lag. 20); — 28. Riccardianus 557 (= Lag. 85); — 29. Riccardianus 560 (= Lag. 82; emend.); — 30. Florentinus Magliabecchianus 9, 131; — 31. Ambrosianus H 22 inf.; — 32. Ambrosianus B 125 sup.; — 33. Ambrosianus L 21 sup.; — 34. Venetus Marcianus 419 (emend.); — 35. Mutinensis V D 16 (emend.); — 36. Mutinensis VI D 2 (emend.); — 37. Mutinensis VI D 6; — 38. Brixiensis E II 10. et hos quidem uidi in Italia; accedunt ex Francia Germania Anglia hice: 39. Parisinus 7708; — 40. Parisinus 10 300 (emend.); — 41. Parisinus 11 288; — 42. Einsiedlensis 307 (de cuius emendationibus post dicetur); — 43. Vitebergensis, nunc Halensis Y g 24 (scr. a. 1432; emend.); — 44. Gudianus 38 (Eb. 200; a Wellero et Kleinio collatus); — 45. Monacensis 752; — 46. Monacensis 796; — 47. Berolinensis Hamiltonianus 162; — 48. Berolinensis Hamiltonianus 164 (scr. a. 1429; emend.); — 49. Britannicus 10 383; — 50. Britannicus 10 965; — 51. Britannicus 11 922; — 52. Harleianus 2712; — 53. Harleianus 2733; — 54. Harleianus 2771; — 55. Harleianus 4790; — 56. Bodleianus D'Oruill. X 1. 3, 23; — 57. Oxoniensis Balliol. 248 E; — 58. Cantabrigiensis Uniu. 2299 (emend.); — 59. Cantabrigiensis Sti Ioannis I 12 (olim Wagstafii; emend.); — 60. Cheltenhamensis 23 088; — 61. Glasguensis Uniu. F. 6, 16. hos denique Vindobonenses: $\frac{3093}{\varphi\ 64}$ (Endl. XXXIX) et $\frac{3090}{v\ 978}$ (Endl. XL) huic generi adnumerandos esse Carolus Schenkl, qua est liberalitate, exscriptis quibus opus erat lectionibus certiorem me fecit.

Restat ut referam de singulorum generum codicibus emendatis.

I. Ex suppletorum genere quem hic adferam solum habeo Laurentianum 50, 1 (n. 7); de quo cum a Rubnero l. c. pluribus uerbis disputatum sit, pauca hic addam. inueniuntur in eo non nullae lectiones, quibus Florentinus Palatinus Ottobonianus carent, sed eas iam in Laudensi fuisse persuadere mihi non potui; mihi quidem potius uidetur uir quidam doctus Italus, cum recentiorem codicis partem describeret, ex ingenio eam partem emendasse. in quarum emendationum numero hae sunt: § 15 *dicit* (*dicat* L); § 68 *uoluptati* (*uoluntati* L); § 69 *oratoris* (*orationis* L; ut Laur. etiam Iul. Vict.); § 80 *inusitatum* (*usitatum* L); aliaeque complures, de quibus cf. Rubnerum p. 32 sq. collationem huius codicis adhibui eandem quam Rubner a G. Vitellio uiro doctissimo diligentissime factam.

II. Ex correctorum genere solum habeo quem hic adferam Vaticanum 1709 (n. 2). is scriptus est a tribus omnino manibus: primam librarii correxit altera quaedam ex aliquo mutilo; easque ipsas duas manus emendauit uir quidam doctus ex ingenio. uelut cum § 3 in Laudensi esset *quo nihil addi possit*, pro *quo* man. 3 superscripsit *cui*; § 4 pro *an—ut*; § 6 pro *infringat* — *infringatur*; tales emendationes satis frequentes sunt in codice earumque quas quidem probauerim in apparatu critico notaui littera *β*.

III. Haud exiguus numerus codicum emendatorum est in genere tertio. quorum longe grauissimus est is quem significauimus numero 21 = Laurentianus 50, 31: codex est membranaceus nitidissime scriptus continens libros de oratore, Paradoxa, Brutum, Oratorem foliis 166; in fine Oratoris legitur subscriptum: *Scripsit. Poggius. Martin. Papae. V. Secretar.*, et similia in fine tertii libri de oratore. fluxisse Oratorem quidem ex eo codicis Laudensis apographo quod Nicolaum Niccoli habuisse supra diximus, i. e. e Florentino, cum aliis argumentis ueri simillimum est*), tum probatur quibusdam lectionibus, quibus Florentinus (F) a Palatino (P) et Ottoboniano (O) differt, ut § 10 *reprehendet* F*π* *reprehendent* PO; § 22 *utinam ut* F *utinam ut* *π* *utinam* PO; § 39 *nimiumque* F*π* *minimeque* PO; § 42 *iam in aciem* F*π* *iam* om. PO; § 92 *ea dico* F*π* *ea* om. POA; § 115 *quo* F*π* *quod* PO *quia* A; § 127

*) Quam cupidus fuerit Poggius post inuentum Laudensem librorum de oratore Bruti Oratoris describendorum et quanto opere inde ab anno 1423 per litteras petierit a Nicolao amico suo ut eos sibi mitteret, exposuit Detlefsen l. c. p. 104 sq. (nisi quod p. 105, ubi de libris agitur quos contineat Laur. 50, 31, ad libros de oratore Paradoxa Brutum addendus erat Orator).

aduersos Fπ *aduersarios* POA; § 150 *efficiet* Fπ *efficiat* POA; § 151 *scitis* Fπ *scis* POA; § 157 *alirem* Fπ *alii rem* POA; aliisque. tales emendationes per totum codicem sunt frequentissimae earumque multae quidem prudenter acuteque factae, nulla tamen eius modi, quam Poggius, qua erat ingenii sagacitate, non potuerit facere. uelut § 3 pro *quo* (*nihil addi possit*) scripsit *quoi*; § 4 pro *par est omnis omnia experiri* — *par est omnia omnibus experiri*; § 7 pro *esse possit* — *possit esse*; § 11 pro *uideo* — *iudico*; § 21 pro *temperandus* — *temperatus*; § 22 pro *singulis* — *in singulis*; § 23 pro eo quod habent FO: *que uim*, et P: *quem uim*, emendauit: *unumque*; aliaque multa. non nullas ex his emendationibus, quibus quidem loci corrupti sanari mihi uiderentur, non dubitaui in contextum recipere et in apparatu critico signaui littera π.

Ex hoc autem codice Poggiano fluxerunt ii codices omnes quibus supra adscripsi notam *emend.*: 9. 13. 14. 25. 29. 34. 35. 36. 40. 43. 48. 58. 59; quod ut statuerem, in §§ 20. 21. 33. 104. 124 lectiones illorum cum π comparaui. dignus autem fuit ex his codicibus qui locis quibusdam in apparatu critico nominaretur cod. Vitebergensis (n. 43); in hoc enim non nullae inueniuntur emendationes praeter Poggianas feliciter excogitatae, ut § 219 uerba *numero solum*, quae in FPOπ desiderantur.

Duo restant alii emendati. nam Einsiedlensis ille (n. 42), quem tanti aestimauit Orelli et qui sequebantur editores, ex Florentino fluxisse earundem lectionum consensu coarguitur quas supra notaui in Poggiano. habet tamen emendationes haud sane contemnendas easque partim librarii manu scriptas partim correctoris nescio cuius manu additas, quas ut in meum usum diiudicarem, post Orellium codicem denuo contuli. uelut § 3 pro *quo* (*nihil addi possit*) habet *ad quod*; § 6 *infringatur* pro *infringat* (aeque atque cod. β); ibid. *haud scio an numquam* (quod tamen man. 2 correxit in *umquam*); § 23 *illius uiribus* pro *ipsius uiribus*; aliaque. quarum emendationum eas quas quidem commemorauerim in apparatu critico notaui littera ε.

Denique Laurentianus 50, 18 (n. 16), quem superiore capite p. XV anno 1423 in usum Cosmae de Medicis exaratum esse dixi, ipse quoque ex Florentino descriptus est, id quod iisdem illis lectionibus confirmatur quibus in Poggiano et in Einsiedlensi. emendatus est is multifariam, et saepe feliciter, non a librarii manu, sed ab altera quadam cuiusdam correctoris; uelut § 4 superscripsit *nam* pro *an*; § 6 *praestantibus* pro *praesentibus*; § 34 *ex* ante *omnibus terris*, aliaque multa; quas ego emendationes selectas in apparatu critico notaui littera λ.

Caput V.

De ratione, quae inter codices Abrincensem et Laudensem intercedat.

Codicum mutilorum apud uarios editores inde ab editione principe Romana (a. 1469) uaria fuit auctoritas. qua de re quoniam Orelli in editione sua a. 1830 facta breuem iam dederit enarrationem (praef. p. CXVII sq.), hic eam repetere necesse non habeo; quaeritur illud maxime, quidnam uisum sit singulis editoribus de ea lectionum uarietate qua codices mutilos non solum a Laudensi sed saepe etiam inter se ipsos discrepare facile intellexerunt. ac superiores quidem editores cum sane caute non nulla ex mutilis hinc illinc delibassent, primus omnium H. Meyer, cum Gudiani mutili post Schuetzium ad editionem suam (1827) adhibendi potestatem haberet, adeo deterritus est et huius et similium mutilorum interpolationibus, ut fructum ex iis omnino percipi posse prope desperaret (cf. praef. p. XIX et adnot. ad § 100 p. 57). eam amici sententiam secutus Orelli, qui primus usus est codice Erlangensi ex collatione C. Beieri, interpolationum in mutilis duo omnino genera inuenisse sibi uidebatur: unum recentius ac medio demum aeuo factum, alterum antiquius idque fallacissima, ut ait, ueritatis specie, quod iam quarto uel quinto saeculo ab aliquo ludi magistro siue rhetore, fortasse Gallicano, inductum esset, qui uel emendare Tullium uel uariare saltem orationem eius studeret (praef. p. CXV). tam male igitur cum totum mutilorum genus audire coepisset (cf. G. Weller, Symbolae criticae ad Ciceronis Oratorem 1837, p. 2), iacuit aliquamdiu apud editores eorum auctoritas, donec primus Kayser (Münch. Gel. Anz. 1851 p. 439) a nimia eos contemptione reuocauit; secuti sunt C. Schenkl, Stegmann, Hoerner, Rubner, Stangl, qui de multis locis in Laudensi corruptis et ad mutilorum fidem restituendis optime meruerunt.

Ac primum constat Abrincensem et Laudensem fluxisse ex uno eodemque archetypo eoque perantiquo, sed iam hic illic corrupto. non solum enim communes habent interpolationes quasdam, uelut § 93 bipartitam illam: *si pro patria arcem dixisset* et *cum dicit pro Afris* e. q. s., uel § 170: *Latine Graece* ῥυθμός, uerum etiam lectiones antiquitus corruptas, ut § 135 *conicitur* (Pluygers: *concluditur*), quod, quamquam etiam apud Quintilianum inuenitur sic exscriptum, ex sententiarum nexu defendi tamen uix potest, aliasque. quae cum ita sint, uera Ciceronis manus non omnibus quidem

locis ex duobus illis codicibus satis certa fide recognosci potest; multo tamen saepius sic se res habet, ut alter eorum alterum adiuuet et ut diuersis eorum lectionibus aut seligendis aut coniungendis elici uerum possit. sed priusquam eius rei noua aliquot exempla adferam, pauca praedicenda sunt generatim de quibusdam ipsius codicis Laudensis proprietatibus, quae ex comparatione codicis Abrincensis cognoscuntur.

Animaduertit enim iam C. Schenkl (Zeitschr. f. d. oest. Gymn. 1870 p. 620) singula uerba in Laudensi solito saepius loco suo mota atque inter se transposita fuisse; quamquam uir ille doctissimus non omnia eius rei exempla recte attulisse mihi uidetur; recte quidem se habent § 152 *semel*, 198 *minus*; cf. quae ibid. p. 626 disputata sunt de § 37 (*scriptionum*). deinde etiam saepius in Laudensi singula quaedam uerba non transposita, sed iterata esse uidentur, uelut § 120 *nolo* [*ne*] *ignoret ne haec quidem*; 135 [*multis modis*] cf. § 137; 144 [*melius*] *docere*, cf. paulo ante *dicere melius*; 160 [*semper*] *licet Burrum semper*; ibid. *et cum Phrygum et* [*cum*] *Phrygibus*; 165 *sed nata lex quam non didicimus* [*sed*] *accepimus* [*non*] *legimus*; 177 [*etiam*] *temperauit quin etiam*; 233 *sententiam* [*licet*], cf. § 232 *experiri licet*; alia; et his quidem locis in codice Abrincensi ea quae uncis inclusi non inueniuntur. deinde interpolationes sibi soli proprias codex Laudensis perpaucas habet, uelut apertissimam illam § 166 post *autumas: pro autimas*, quae deest in Abrincensi. contra haud raro in Laudensi desiderantur uerba quaedam, quae habet Abrincensis, ut § 94 (*et*) *haec*; § 106 *nunquam* (*Cotta*); § 112 (*saepe*) *progredimur*; § 116 (*ut*) *in eas*; § 117 (*in*) *species*; § 119 (*ut*) *de Pericle*; § 133 *ne requiratur quidem* (*non requiratur* L); alia multa: ita facillima ex Abrincensi saepe est emendatio. ac iam explicabo non nullos locos, in quibus, cum uiri docti lectionem huius codicis adhuc aut non compertam habuerint aut compertam repudiarint, uel sequendam eam uel lectiones codicum Laudensis et Abrincensis inter se coniungendas esse puto.

§ 93 L (i. e. consensus codicum FPO) haec habet: *cum dicit pro Afris immutat Africam*; A: *cum dicit pro Afris immutate Africam*; et eam quidem mutilorum lectionem auctore Grutero iam recepit Goeller, sed is non ut debuit aduerbium *immutate* coniunxit cum uerbo *dicit.* quamquam tota illa enuntiatio auctore Halmio in archetypo fuisse interpolata putanda est. — § 101 post *nemo is, inquies, unquam fuit* pergit L: *ne fuerit*; A: *ne dum tu* (*dūtu* in margine adscriptum est) *fueris*; atqui sequuntur haec: *ego enim quid*

desiderem, non quid uiderim disputo. itaque pro eo quod est in A *fueris* scripsi *uideris*, quam emendationem in codicibus quibusdam deterioribus inueni, et lectiones L et A sic coniunxi: *nemo is, inquies, unquam fuit, nedum tu uideris. ne fuerit; ego enim quid desiderem, non quid uiderim disputo.* — § 102 uulgo legitur: *ius omne retinendae maiestatis Rabiri causa continebatur: ergo in omni genere amplificationis exarsimus.* in quibus uereor, ut dicere potuerit Cicero: *in genere amplificationis exarsimus*, ac non potius: *genere amplificationis*; cum igitur pro eo quod habet L: *in omni genere*, A habeat: *in eo genere*, eas lectiones coniunxi et emendaui: *ergo in ea* (sc. Rabiri causa) *omni genere amplificationis exarsimus.* — § 103 *nisi* (*exempla*) *uel nota esse arbitrarer uel posse eligere qui quaererent* L; pro iis quae sunt *uel posse eligere* habet A: *uel opes* (*opes* in marg. adscr.) *possent legere.* atque iam Schuetz ex mutilo suo coniecit: *uel ipsi possent legere*; malui pro *opes* (cum Beiero) emendare *ipsos* (= *ip̄os*) et *seligere* pro *eligere*, quoniam antecedit *selegissem*; scripsi igitur: *uel ipsos posse seligere qui quaererent.* — § 104 ex iis quae praebet A: *at quid siqui* (*si qui* F *si quid* PO) *deceat uidemus*, emendaui: *at quid sequi deceat uidemus.* — Ibid. ex A malui haec recipere: *tantum abest ut nostra miremur et usque eo difficiles ac morosi sumus, ut* e. q. s., quam ex L: *tantum abest ut nostra miremur ut usque eo difficiles ac morosi simus ut* e. q. s. — § 105 cum A tradat: *nos minus* (*minus* om. L) *magnum fecissemus*, temperare mihi non potui quin reciperem quod habent mutili interpolati: *nos non minus magnum fecissemus*; facilius enim post *nos* illud *non* intercidere potuit, quam in A illud *minus* nescio quo pacto interpolari. — § 109 ante uerba *quid poetas* A in margine interiore adscriptum habet $\bar{o}$, quod fortasse corruptum est ex $\overline{ei}$ id est *enim*; haud scio igitur an scribendum sit: *sed enim quid poetas.* — § 118 *nec uero a dialecticis modo sit instructus* A, *a* om. L; quam praepositionem defendit iam C. Stegmann his exemplis simillimis: Brut. § 161; 233. similiter § 120 fortasse scribendum est: *nisi a memoria rerum ueterum cum superiorum aetate contexitur*; deest enim illud *a* in Laudensi quidem, sed nescio an lateat in eo quod habet A: *nisi ea memoria.* — § 131 tradit L: *cupiat satietate afficiatur*; quod plane ineptum esse scite ostendit Hoerner l. c. p. 24, cum diceret s a t i e t a t e ab oratore iudicem omnino non esse adficiendum; id enim peccatum esset grauissimum; sed abripiendam mentem eius aut ad cupiditatem aut ad taedium. ausus sum igitur recipere lectionem codicis A: *cupiat taedeat*; aliis uerbis eadem sententia dicta est d. or. II 185: *aut cupiant* (iudices) *aut abhorreant.* — § 142 *sin ea* (sc. eloquentia)

non modo eos ornat penes quos est, sed etiam iuuat euersam rem publicam A; ex L corrigendum est *uniuersam* pro *euersam*, illud *iuuat* autem, quod deest in L, ex A retinendum; cf. Brut. 4: *lugere facilius rem publicam posset* (Hortensius), *si uiueret, quam iuuare.* — § 147 praeferenda est lectio codicis A: *peruolgatissimus ille uersus* (L: *peruagatissimus*) collatis his exemplis: *ita peruolgatum illud, ut iam prouerbii locum obtineret* (Tusc. IV 36) et: *Graecus uulgaris in hanc sententiam uersus* (de diu. II 12). — § 153 exempla „fugae litterae uastioris" L habet haec: *maxillis et axillis et uexillo et pauxillo*, contra A: *maxillis et taxillis et paxillo et uexillo et taxillo* (*et taxillo* adscr. in marg.); uidetur igitur quinque exempla posuisse Cicero, quae ex duobus codicibus sic colligenda esse censeo: *maxillis et taxillis et paxillo et uexillo et pauxillo.* nam quod Priscianus III § 36 quattuor tantum exempla adfert (om. *paxillo*), nihil ad rem est, quoniam non Ciceronem auctorem sequitur ille grammaticus ac plane diuersam doctrinam probat. — § 156 meliorem uerborum ordinem seruauit A: *centuriam fabrum et procum, ut censoriae tabulae loquuntur, audeo dicere;* L: *centuriam, ut censoriae tabulae loquuntur, fabrum et procum.* — Ibid. L: *non fabrorum et procorum*; magis placuit A: *non fabrorum aut procorum*; utrique enim genetiuo tribuitur negatio. — Ibid. uulgo legitur: *atqui dixit Accius*; sed L habet: *et qui dixit Accius,* A: *quid dixit Accius*; scribendum igitur esse duxi *et quid; atqui* certe nihili est. — § 157 scripsi: *sient plenum esse, sint imminutum*; hae enim duae formae in iis uersibus sunt qui exempli causa subsequuntur; ad posteriorem formam propius accedit A: *sin plenum sit, sin imminutum,* ad priorem propius L: *siet* — *sient.* — § 158 quae ego in Mus. Rhen. 38 p. 250 dixi de eo quod est in A: *abiecit,* ubi L habet: *abegit,* nihili nunc facio; nam utrum uerbum praepositioni adiunctum a uocali incipiat necne, nihil hoc quidem loco curat Cicero, ubi tantum modo de ipsius praepositionis forma agit; retinui igitur nunc cum ceteris editoribus *abegit.* — Ibid. cum L praebeat: *an abs,* in A ueri uestigium seruatum est: *anabais*; agitur enim de tribus praepositionis formis: a, ab, abs; latet igitur in illo uera lectio: *an ab, abs.* — Ibid. sermo est de uerbis *aufugiendi* et *auferendi;* et L quidem cum nihil praebeat nisi: *quid si etiam afugit turpe uisum est et afer noluerunt, aufer maluerunt,* iam Schuetz recte uoluit non solum formas *afer* — *aufer* inter se comparari sed etiam *abfugit* — *aufugit*; scripsit igitur: *quid si etiam abfugit turpe uisum est, et abfer noluerunt, aufugit et aufer maluerunt.* habet autem A: *afugit quoda fugit forte uisum est* e. q. s.; scripsi igitur: *quid, si etiam aufugit, quod abfugit turpe uisum est* e. q. s.

— Ibid. scripsi non *afugit,* sed *abfugit*; contra *afer,* non *abfer*; nempe illud quidem turpe dicitur a Cicerone, quod abhorrebant aures Romanorum a coniunctione litterarum *bf*; de hoc autem cum dicat, cogitare uidetur de similitudine nominis proprii quod est *Afer.* — Ibid. lectio quam habet A: *ignotos ignauos ignaros dicere* (L: *ignoti ignaui ignari dicere*) genuina uidetur. — § 162 A: *quam si hac de re una postulata disputarem*; *postulata* omisit L; sed cf. quae supra dixi in fine capitis I; illud enim *postulata* exstitisse mihi uidetur ita, ut ad similitudinem eius quod praecedit *postulari putamus* ex alio uerbo corrumperetur; emendaui igitur: *hac de re una proposita.* — Ibid. in uerbis: *rerum uerborumque iudicium in prudentia est* FPO omittunt *in* et pro *prudentia* (FO) P habet *prudentiae*; sed uera lectio debetur Abrincensi. — § 166 ex A recepi: *condemnas dixisset* (*diceret* L); at in iis quae subsequuntur: *qui uersum effugere uellet* (*uoluisset* A) malui recipere coni. impf. ex L; est enim ea enuntiatio enuntiati instar condicionalis quae dicitur, cf. § 29: *qui si tenui genere uteretur, numquam . . dictus esset*; 169: *qua credo usuros ueteres illos fuisse, si iam nota atque usurpata res esset.* — § 177 cum habeat L: *aures enim uel animus,* et A: *ipse enim uel animus,* codices mutili interpolati sic composuerunt: *ipsae enim aures uel animus*; quod tamen dubitaui recipere; illud enim *ipse* in A irrepsisse mihi uidetur ex eo quod proxime antecedit *ipsi.* — § 189 magis placuit A: *est id uehementer uitiosum*; cf. 147: *est id omnino uerum*; L: *quod uehementer est uitiosum.* — § 191 L: *qua de causa fieri, ut is potissimum propter similitudinem ueritatis adhibeatur in fabulis;* A omittit *fieri ut is,* cetera sic tradit: *qua de causa ratione potissimum propter similitudinem* e. q. s., in quibus uix credibile est illud *fieri ut is* nasci potuisse ex *ratione* uel hoc ex illo; coniungenda potius sunt uerba et scribendum: *qua de causa ratione fieri, ut is potissimum* e. q. s.; cf. ad Att. XII 44, 3: *quod domi te inclusisti, ratione fecisti.*

Caput VI.

De locis quibusdam difficilioribus.

Complectar hoc capite alios non nullos locos, de quibus, cum uariae sint uirorum doctorum sententiae, pluribus uerbis disputabo. ipsum me his locis omnibus ueram Ciceronis manum inuenisse numquam adfirmabo; est enim Orator nimis multis et grauibus librariorum mendis inquinatus et ad emendandum difficillimus; adquiescendum igitur saepe fuit in eo quod-

cumque mihi quidem quam simillimum ueri uideretur, cum ipsum illud uerum, ut ait Cicero, tam in occulto lateret.

§ 3 *quo nihil addi possit* L. non est cur pro *quo* scribatur *cui* (*quoi*), ut non nulli uoluerunt, uel *ad quod*, ut est in cod. ε; cf. p. Mur. 28: *quo ego non possim .. addere*; Phil. XI 15: *quo cum addi nihil potuisset*; de fin. II 75: *summam uoluptatem, quo addi nihil possit* (ad quem locum uide Baiterum et Muellerum a Maduigio discrepantes); Ep. III 13, 2: *meum erga te studium, quo nihil uidebatur addi posse.*

§ 4 *quodsi quem aut natura sua aut illa praestantis ingenii uis forte deficiet aut minus instructus erit magnarum artium disciplinis, teneat tamen eum cursum quem poterit* L. uerba quae sunt *aut natura sua* ut delerentur suasit Sauppe (Coniecturae Tullianae p. 6 sq.) confirmatus ab O. Jahnio testimonio Columellae d. r. r. praef. 29. sed iam Ed. Vollbehr (Ad M. Tullii Ciceronis Oratorem symbolae criticae 1864, p. 2 sqq.) recte monuit a Columella totum hunc locum Tullianum coartatum esse et amputatum; cf. Maduig Aduers. crit. II p. 188. at consentiunt tamen omnes non recte sic se habere quae tradantur: offendit maxime, quod tria orationis membra diuidi uidentur ter posita particula *aut* additis duobus tantum uerbis *deficiet, instructus erit*; scribi igitur iussit Vollbehr: *aut natura sua atque* (pro *aut*), et Maduig: *aut natura sua* (abl.) *illa* e. q. s. (omisso *aut*). sed mihi quidem uidetur Cicero uerbis *natura sua* significare uoluisse munera illa naturae (i. e. oris et corporis et uocis), de quibus plura dicit de or. III 114 sqq. aliisque locis; intercidisse igitur potius putandum est aliquid, — id quod saepissime accidit in Laudensi, — et quidem illud ipsum uerbum, quod in primo membro (post *sua*) desideratur: fortasse *destituet* uel *impediet* uel *parum adiuuabit.*

§ 9 *ut igitur in formis et figuris est aliquid perfectum et excellens, cuius ad cogitatam speciem imitando referuntur ea quae* (*que* O) *sub oculos ipsa non cadunt, sic perfectae eloquentiae speciem animo uidemus, effigiem auribus quaerimus* L. secutus sum in his uerbis constituendis eorum sententiam qui inde a Petro Victorio Lambinoque illud *non* secludendum esse censuerunt; illud certe persuadere mihi non potui incorrupta sic ea uerba esse tradita. sed quaeritur nonne alio modo potius sint emendanda. atque proponam hic quidem eam emendationem, ut pro *ea quae* scribendum sit *eaque* et pro *cadunt* — *cadit*; quibus duobus uerbis emendatis tota enuntiatio sic uidetur distinguenda: *ut igitur in formis et figuris est aliquid perfectum et excellens, cuius ad cogitatam speciem imitando referuntur* (scilicet formae et figurae), *eaque* (scil. species) *sub oculos ipsa non cadit, sic* e. q. s.; cf. quae disputauit G. Friedrich Jbb. f. Philol. 123 p. 180 sqq.

§ 32 *nec uero, si historiam non scripsisset, nomen eius exstaret, cum praesertim fuisset honoratus et nobilis* L. agitur de Thucydide, quem oratorem numerandum non esse paulo ante docuit Cicero; iamque addendum erat ne ceteris quidem rebus, i. e. rebus domi belliue praeclare gestis, eum clarum futurum fuisse, nisi quidem scripsisset historiam. etenim quidnam nobis memoriae traditum est praeclare domi belliue gessisse Thucydidem, ut esset *nobilis*, aut quibusnam honoribus functus est, ut dici posset *honoratus*? immo parum feliciter re illa ad Strymonem gesta apud suos ignobilis sane fuit nec, cum tam multos annos exsularet, amplioribus honoribus potuit ornari. accedit quod *cum praesertim* nexum sententiarum causalem quae dicitur significare solet, non concessiuum, ut hic non nulli uoluerunt. censeo igitur aut post *praesertim* excidisse *non* uel *parum* aut ipsum illud *praesertim* ex *parum* corruptum esse sententiamque sic esse constituendam: *nec uero, si historiam non scripsisset, nomen eius exstaret, cum parum* (uel *cum praesertim parum*) *fuisset honoratus et nobilis.*

§ 34 *ergo omnibus terris una Gallia communi non ardet incendio* L. ante *omnibus terris* is qui codicem Laurentianum 50, 18 correxit (λ) addidit *ex*, idque omnibus adhuc editoribus probatum fuit. sed si conferas de or. I 196: (*patria*) *quae una in omnibus terris domus est uirtutis, imperii, dignitatis,* illic quoque profecto malis addere *in* quam *ex*; scripsi igitur: *ergo in omnibus terris una Gallia.*

§ 40 *non nunquam, Brute, leniter* (*leuiter* F) *et erudite repugnante te, sed credas mihi fortasse* L. in his illud *credas* parum accurate respondere uerbo quod praecedit *repugnante* primus uidit Ernesti correxitque *cedas*, idem, ut ait, non repugnans, si quis mallet *cedes*. et recte uir ille doctissimus corruptum locum esse uidit, sed emendationem incohauit tantum, non absoluit. conferas enim Acad. II 57: *hic pugnes licet; non repugnabo; quin etiam concedam*; d. off. III 22: *concessum est non repugnante natura*; Ep. I 2, 2: *consules neque concedebant neque ualde repugnabant*; ib. XIII 1, 4: *nec uideo cur tu repugnes, nisi tamen multo minus tibi concedi potest.* scripsi igitur: *concedas*; uel si quis malit, non repugno: *concedes.*

§ 49 cum uerba a Laudensi tradita *delectus magnus* suspecta fuerint pluribus uiris doctissimis: Pideritio, Jahnio, Schenkelio (Zeitschr. f. d. oest. Gymn. 1870 p. 620), Halmio (in appendice critica editionis secundae Pideritianae ab eo curatae p. 195), haud inutile uidetur exemplum conferre

de rep. I 53: *est in ipsis magnus delectus hominum et dignitatum.*

§ 70 *de quo praeclare et multa praecipiuntur et res est cognitione dignissima* L. in his alteri *et* alterum *et* respondere uisum est Jahnio; sed nimis offendit illud *praeclare*, quod cum posteriore enuntiationis membro coniungi nullo modo potest. itaque cum Goellero scribendum esse conicio: *multa et praeclare praecipiuntur, et res est cognitione dignissima*, distincta oratione post *praecipiuntur*; cf. ad Att. IX 1, 3: *multa in me et seuere disputari.*

§ 79 *acutae crebraeque sententiae ponentur . . atque in hoc oratore dominabitur* L. corrupta haec esse inter omnes constat, cum, quidnam sit quod in hoc oratore (scil. tenui et summisso) dominetur, non appareat. ac multas quidem uirorum doctorum emendationes enumerauit Orelli (ed. 1830): *atque in hoc orator dominabitur*, uel *atque in oratore dominabitur*, uel *atque hoc in oratore dominabitur*, uel *atque in hoc oratore dominabuntur*, uel *atque haec in oratore dominabuntur*, uel *quae in hoc oratore dominabuntur*, uel denique, id quod ipse Orelli suspicatus est: *atque id in hoc oratore dominabitur.* et maxime mihi placuit Moser in ed. Orelliana maiore altera (1845): *idque in hoc oratore dominabitur*; simillimus locus est de or. I 60: *quod unum in oratore dominatur.*

§ 81 *ergo ille tenuis orator, modo sit elegans, nec in faciendis uerbis erit audax et in transferendis uerecundus et parcus et in priscis reliquisque ornamentis et uerborum et sententiarum demissior; tralatione fortasse crebrior, qua frequentissime sermo omnis utitur non modo urbanorum sed etiam rusticorum, si quidem est eorum gemmare uites* e. q. s. sic totum locum tradit L et scripserunt fere editores, nisi quod illud *et* ante *in priscis* secluserunt Riuius (*et parcus in priscis; reliquisque ornamentis* e. q. s.) et Lambinus (*et parcus: in priscis reliquisque ornamentis* e. q. s.). sed offendor potius eo quod, cum primo dixerit Cicero: *in transferendis uerecundus et parcus*, paulo post addit: *tralatione fortasse crebrior*; quinam enim potest idem ille, qui uerecundus et parcus esse debet in transferendis uerbis, in tralatione esse crebrior? contra facillime intellegitur totus locus, si potius scripseris *ea tralatione fortasse crebrior qua frequentissime sermo omnis utitur;* duo enim omnino tralationis esse genera docet Cicero (cf. de or. III 156. Or. 82. 92. 211): unum humilius idque sane necessarium, propter inopiam inuentum et docendi causa sumptum non ludendi; alterum altius, suauitatem et splendorem orationis augens, non necessitatis causa adhibitum. hoc igitur genere orator tenuis uerecunde et parce uti debet; — pertinet enim potius ad amplum dicendi genus; — contra in illo fortasse crebriori esse ei licet; utitur enim humiliore tralationis genere sermo omnis et urbanorum et rusticorum. ad distinguenda igitur haec duo genera ante *tralatione* illud *ea* (uel *in ea?*) necessario mihi uidetur esse addendum.

§ 93 *arcem et urbem orbas* L *arcent urbē orbā* A. agitur de principio uersus cuiusdam Enniani, quem integrum tradidit ipse Cicero Tusc. III 44: *Árce et urbe órba sum . quo áccidam? quo ápplicem?* nolui tamen hinc, ut superiores editores fecerunt, uerba illa ita corrigere: *arce et urbe orba sum*; sed cum in eadem paragrapho alium Ennii uersum: *horridam Africam terribili tremere tumultu* (cf. de or. III 167 et Ep. IX 7, 2) oratione obliqua attigisse satis habuerit Cicero, illum priorem simili modo attigisse eum puto: *arce et urbe orbam* (scil. Andromacham). protulerat hanc sententiam primus Orelli (in apparatu critico editionis suae 1826), sed ipse postea — iniuria, ut mihi uidetur, — reiecit.

§ 108 *ipsa enim illa pro Roscio iuuenilis redundantia multa habet attenuata, quaedam etiam paulo hilariora, ut* (sic coni. Lambinus; *at* LA) *pro Habito, pro Cornelio compluresque aliae.* uerba *pro Roscio* I. Bake (De em. Cic. Or. p. 58) in interpolationum numero habens secludenda esse censuit; et profecto *illa pro Roscio redundantia* ferri nullo modo potest. tamen rationem qua illa uerba defendi possent uidit Schuetz, cum coniecerit: *ipsa enim illa* (scil. *oratio*) *pro Roscio in iuuenili redundantia multa habet* e. q. s.; subuenit Quint. XII 1, 20: (*Cicero*) *se ipse multa ex illa iuuenili abundantia coercuisse testatur*, unde haud scio an sic potius emendandum sit: *ipsa enim illa pro Roscio ex iuuenili redundantia multa habet attenuata* e. q. s.

§ 147 (*uersus*) *dissimulare non sinit quin delecter* LA. dubitauit de his uerbis iam Ernesti; et duo sunt in quibus offendas. primum enim inusitatum est illud *quin* uerbo dissimulandi iunctum; deinde quidnam sit quo delectetur Cicero requiritur; nam non illud dicendum hoc loco erat se delectari omnino, sed delectari se eo ipso quod alii reprehenderent. itaque proposuit Ernesti: *quid delectet*, et Maduig (Aduers. crit. II p. 190): *qui delecter* „hoc est, quo, antiqua forma". malim conferre locum ad Q. fr. III 2, 2: *cognosce nunc hominis audaciam et aliquid in re publica perdita delectare*; ad cuius similitudinem sic esse scribendum suspicor: *quid delecter.*

§ 150 *stilus exercitatus efficiet facile hanc uiam componendi* L *stilus exercitatus efficiet facile formulam componendi* A.

Th. Mommsen et Bake uoluerunt *facilem*; sed recte ut opinor aduerbium *facile* defendit Th. Stangl (Blätter f. d. bayer. Gymn. XVIII p. 261); agi enim non de facilitate ipsius compositionis, sed de ratione ac modo eius efficiendae. uerum tamen quaeritur quidnam hic sibi uelit illud *hanc*, — antecedit enim *haec tam minuta constructio*, quam non sequendam, sed fugiendam esse monet Cicero; — deinde quidnam omnino statuendum sit de lectione Abrincensi *formulam*, quam quidem interpolatam esse uix crediderim. ac uidetur potius illud *uiam* relictum esse in L ex eo quod habet A = *form*]*ulam*; ipsum autem illud *hanc* haud scio an mutilatum sit in L ex *tanq*[*uam*, cuius posterior pars propter similitudinem terminationis intercidere facile potuit. sic igitur locum sane haud sine audacia restituendum esse conicio: *stilus exercitatus efficiet facile tanquam formulam componendi*; cf. de opt. gen. or. 15: *quasi formulam dicendi.*

§ 150 *nemo ut tam rusticus sit quin uocalis nolit coniungere* LA. illud *quin* recte se habere primus docuit Petrus Victorius Var. Lect. l. XII c. 17 (ed. sec. Lugd. 1554), cum plerisque editoribus et illis temporibus et nostra aetate magis placeret *qui*; deinde *quin* defendit etiam Lambinus, contra *qui* Ernesti, Schuetz; denique digni sunt qui conferantur Schneider (gramm. Lat. I 1 p. 166 sq. not.), Meyer, Orelli. ambigitur autem maxime de eo quidnam sit *uocalis coniungere.* et mihi quidem errare uidentur ii qui ea uerba idem significare putant quod *uocalis contrahere.* immo contrahere uocalis est: duas uocalis in unam redigere; contra coniungere uocalis est: unam uocalem post alteram ita deinceps pronuntiare, ut integer suus cuique sonus sit; hinc autem efficitur hiatus. interpretandum igitur locum sic existimo: *nemo ut tam rusticus sit quin* (i. e. omnes non solum urbani sed etiam rustici) *uocales nolit coniungere* (i. e. nolunt unam uocalem post alteram ita deinceps pronuntiare, ut integer suus cuique sonus sit, i. e. nolunt effici hiatum).

§ 152 *at Ennius semel: Scipio inuicte, et quidem nos* e. q. s. L; *at Ennius saepe: Scipio inuicte, et quidem nos* A. de eo quod est *semel* rectissime iam iudicauit Bergk (Opusc. I p. 308) non posse credi Ciceroni ex Ennii carminibus unum tantum uersiculum hiantem in memoria fuisse, cum hodie quoque in fragmentis sint plures; reponendum igitur esse illud *semel* post *nos* et simul *at* mutandum in *et: et Ennius: Scipio inuicte . et quidem nos semel* e. q. s. hanc sententiam probans Stegmann recte tamen monuit illud *saepe* quod esset in mutilis a Bergkio non plane neglegendum fuisse; quod cum in integris excidisset, facile in eius locum

succedere potuisse *semel.* atque ego quidem *semel* malui transponere non post *nos*, sed post *et* (ante *quidem*); deinde cur pro *at* scripserit *et* uir ille doctissimus, iustam causam non uideo; genere enim diuersa ea hiatus exempla esse quae antecederent monitum est a Ritschelio Proleg. Trin. p. CXCVIII; itaque sic hunc locum constitui: *at Ennius saepe: Scipio inuicte, et semel quidem nos* e. q. s.

§ 157 *idem campus habet inquit Ennius et in templis idem probauit* (*probabit* A) *at* (*ac* P *ad* A) *isdem* (*eisdem* A) *erat uerius nec tamen isdem* (*eisdem* A) *ut* (om. A) *optimius* (*opimius* A) *male sonabat* (*sonat* P) *isdem* (*eisdem* A) L. pro primo *idem* (*campus*) in codicibus mutilis interpolatis recte emendatum est *isdem*; totum uero locum desperatum dicit Orelli (1830); qui quidem sic eum interpretatus est, Ciceronem in pronomine *isdem* cogitasse non solum de nominatiuo masc. sing. sed etiam de ablatiuo pluralis; quam eandem uiam secutus Goeller ita rem expedisse sibi uisus est, ut uerborum ordine audacter commutato illud *probauit* reponeret post *nec tamen*, omisso ibi *isdem*; scripsit igitur: *Isdem campus habet, inquit Ennius, et: In templis isdem . at eisdem erat uerius, nec tamen probauit, ut opimius: male sonabat iisdem.* hanc reponendi rationem laudauerunt cum recentiores editores omnes tum etiam Ritschelius, qui fusius de hoc ipso loco disseruit (Opusc. IV p. 319 sqq.), et nuper Lucianus Mueller (Philol. 43 p. 94 sq.); neque tamen recte, ut opinor. non enim intellego, quidnam omnino hoc loco sibi uelit ablatiuus pluralis. agit enim Cicero § 157 de talibus uerbis, in quibus per uim consuetudinis extrusae sint quaedam litterae, ut in *sint* pro *sient*, *posmeridianas* pro *postmeridianas*; et id quidem sane factum est in pronominis *idem* forma nominatiui masc. sing. (pro *is-dem*), at in forma ablatiui plur. *isdem* (= *eisdem*) hoc factum est numquam. itaque longe aliam uiam censeo esse ineundam: mihi quidem uidetur Cicero omnibus illis locis, ubi codices tradunt uel *idem* (*eidem*) uel *isdem* (*eisdem*), cogitasse tantum modo de uariis formis solius nominatiui masc. sing.; deinde illud *probauit* eo ipso loco tuendum est ubi tradunt codices; denique illud: IDEM uel EIDEM PROBAVIT tritissima est illa formula, quae saepissime occurrit apud Romanos in inscriptionibus publicorum aedificiorum, maxime templorum, significans eum magistratum qui aedificandi uel exornandi opus aliquod non solum curauit, sed perfectum etiam num recte se haberet inspexit et examinauit. unum exemplum ut ponam, conferas quaeso titulum illum C. I. L. I n. 591 (Prisc. Lat. Mon. Ep. LXIX C), qui Romae a Q. Lutatio consule anno 676 exaratus et in aliqua

parte aedis Iouis Optimi Maximi collocatus ante ipsius Ciceronis oculos cotidie uersabatur; is titulus sic concluditur: *eidemque (p)rob(auit).* quare totum locum ex codicibus LA perpaucis litteris commutatis sic constitui: *'isdem campus habet' inquit Ennius; et in templis* (scil. est): *'EIDEM PROBAVIT;' at 'isdem' erat uerius, nec tamen 'eisdem' ut opimius; male sonabat 'isdem'* e. q. s.

§ 158 *praepositio est af, quae nunc tantum in accepti tabulis manet*: sic absoluit loci emendationem Stegmann, cum sit in L pro *af quae: ea quae* (uel *ea que*), in A: *ab quae.* antiquissimam enim illam praepositionis formam hic restituendam esse primus docuit Freund in scholiis lexico Latino suo praemissis p. LVIII sqq. adhibitis Velio Longo (p. 60 K) et Prisciano (I 46); est igitur haec praepositionis inusitata forma in Abrincensi corrupta in *ab*, in Laudensi in *ea*.

§ 163 *qua pontus Helles* (*hellus* L) *superat Timolum* (*tmolum* F *Thinolū* O *superadmolū* A) *ac Tauricos* (*at tauricos* FO *adauricos* A) *locorum splendidis nominibus inluminatus est uersus, sed proximus inquinatus insuauissima littera: Finis* (*finitus* A) *frugifera et fertilia* (sic scripsi) *arua Asiae* (*Asia* L) *tenet.* locus est ad emendandum difficillimus. ac primum quidem illud constat nihili esse quod tradunt codices mutili interpolati: *qua pontus Helles superat modum*; haec enim uerba *superat modum* mutata in iis sunt ex *superadmolū*, quod habet A; item paulo post *Colchorum* ex *locorum.* deinde perspicuum est „proximum" illum uersum qui sequitur: *Finis* e. q. s. iambicum senarium esse; alterum igitur senarium in iis uerbis quae proxime antecedunt latere necesse est. tum uero quod dicitur *locorum* coniungendum est non cum hoc uersu, sed cum iis uerbis quae subsequuntur: *splendidis nominibus*; l o c o r u m enim splendida nomina Cicero dicit esse haec: *pontus Helles — Timolum — Tauricos.* denique cum primum suspicatus esset Lipsius illum uersum eundem esse quem habet Seneca Ep. 80, 7: *qua ponto ab Helles atque ab Ionio mari*, atque hinc emendandum esse locum Oratoris, eam suspicionem uanam esse iam dudum recte demonstrauit B. Schmidt in Mus. Rhen. 16 p. 598. quae cum ita sint, illud quidem constat in his uerbis: *Qua pontus Helles †superat Timolum ac Tauricos* — latere senarium; sed uidelicet corrupta sunt illa *superat Timolum*, nec quidquam certi adhuc quidem habeo, quod ad sananda ea proponam.

§ 166 incerti poetae uersum trochaicum sic orditur Cicero: *Eam quam nihil accusas damnas*, paucisque uerbis interpositis pergit: *bene quam meritam esse autumas Dicis male mereri? Id quod scis prodest nihil*; *id quod nescis obest?*

quorum uersuum primum quidem concludi uerbis *esse autumas* nemo non concedet, praesertim cum idem uersus legatur Top. 55; sed ea quae sequuntur quonam modo et coniungenda et concludenda sint quaeritur. solent enim editores integrum nouum uersum eumque iambicum ordiri ab his uerbis: *Id quod scis*; ea autem quae interiecta sunt uerba *Dicis male mereri* incohatis tantum numeris sic relinquunt. at haec omnia eodem modo coniuncta occurrunt Top. l. c.; id quod certe ualde mirandum esset, nisi apud poetam ipsum hos uersus sic coniunctos legisset Cicero. accedit quod illud *Dicis*, quod post *autumas* habent LA, in Topicorum optimis codicibus deesse primus docuit Stangl (Blätt. f. d. bayer. Gymnas. XVIII p. 248); qui idem eam ipsam ob causam recte iudicauit illud *dicis* in Oratoris codicibus interpolatum esse antiqui eius uerbi explicandi causa quod antecedit *autumas.* denique pro *mereri* (A) egregiam lectionem habet L: *merere* (i. e. *mereris*, scil. de ea), quod nollem spreuissent adhuc editores. itaque iam nihil est cur non et in Oratore et in Topicis duo illos uersus integros inter se coniungamus atque trochaicis utrumque numeris concludamus hoc modo: *Eám quam nihil accúsas damnas, béne quam meritam esse aútumas Mále merere? id quód scis prodest níhil; id quod nescís obest?*

§ 174 *nam qui Isocratem maxime mirantur hoc in eius summis laudibus ferunt* L et Rufinus; *hoc in omnis summis laudibus ferunt* A, quod sic mutauerunt codices mutili interpolati: *in hoc omnes summis laudibus ferunt.* illam lectionem codicis L recte reprehendit Lambinus, cum diceret eam se non esse secutum, propterea quod ita potius dicendum fuisset Ciceroni: *hoc in eius laudibus ponunt*, et in adnotatione ad hunc locum suspicatus est idem uir ille sermonis Tulliani peritissimus scribendum esse: *hoc in eius orationibus summis laudibus ferunt.* et nostra quidem aetate Bake (De em. Cic. Or. p. 69 sq.) sic scribi iussit: *hoc in eo summis laudibus ferunt*: haud infeliciter, ut uidetur; nisi forte ex Abrincensi adsumendum est illud *omnis* et sic ex coniuncta utriusque codicis fide emendandum: *hoc in eo omnes summis laudibus ferunt*; sed maxime mihi quidem placet coniectura Lambini.

§ 209 *detrahit praeterea actionis dolorem, aufert humanum sensum actoris* (*actoris* FO *auctoris* P). pro *actoris* scribendum esse censui *auditoris*; illud enim corruptum esse arbitror ad similitudinem eius quod praecedit *actionis.* quid enim aliud est *actoris humanus sensus*, nisi idem is qui dicitur *actionis dolor?* at quonam a u d i t o r animi sensu eam de qua agitur orationem nimis compositam acciperet, hoc loco necessario dicendum fuit Ciceroni.

§ 238 *uerecundia negandi scribendi me imprudentiam suscepisse* L *impudentiam* A. recte hoc loco iam Orellium (1830) uideo secutum esse lectionem codicum mutilorum et sic eam defendisse: manifesto *impudentiam* recte opponi *uerecundiae* dumtaxat, et *imprudentiae* notionem inesse iam in uerbis antecedentibus: *ut aut maius opus institutum putes quam effici potuerit.* poterat uero uir ille de Cicerone optime meritus conferre locum de or. II 361: *habetis sermonem bene longum hominis utinam non impudentis, illud quidem certe: non nimis uerecundi;* est autem impudentia utroque loco per ironiam uidelicet dicta.

Scrib. Erlangae Kal. Quinct. MDCCCLXXXIV.

INDEX SIGLORUM.

A = cod. Abrincensis 238
F = cod. Florentinus I 1,14
P = cod. Vaticanus Palatinus 1469
O = cod. Ottobonianus 2057
L = consensus codicum *FPO*

γ = emendationes selectae codicum mutilorum interpolatorum
π = „ „ codicis Laurentiani 50,31
β = „ „ „ Vaticani 1709 man. 3
λ = „ „ „ Laurentiani 50,18 man. 2
ε = „ „ „ Einsiedlensis 307
uulg. = emendationes selectae ueterum editionum ante Manutium (Ven. 1546).

M. TVLLI CICERONIS
AD M. BRVTVM ORATOR.

Vtrum difficilius aut maius esset negare tibi saepius 1
idem roganti an efficere id quod rogares, diu multumque, 1
Brute, dubitaui. nam et negare ei quem unice diligerem
cuique me carissimum esse sentirem, praesertim et iusta petenti et praeclara cupienti, durum admodum mihi uidebatur, et suscipere tantam rem, quantam non modo facultate consequi difficile esset sed etiam cogitatione complecti, uix arbitrabar esse eius qui uereretur reprehensionem doctorum
atque prudentium. quid enim est maius quam, cum tanta sit 2
inter oratores bonos dissimilitudo, iudicare quae sit optima species et quasi figura dicendi? quod quoniam me saepius rogas, aggrediar non tam perficiundi spe quam experiundi uoluntate; malo enim, cum studio tuo sim obsecutus, desiderari a te prudentiam meam quam, si id non fecerim, beniuolentiam.

Quaeris igitur, idque iam saepius, quod eloquentiae genus 3
probem maxime et quale mihi uideatur illud, quo nihil addi possit, quod ego summum et perfectissimum iudicem. in

TESTIMONIA
5 'Brute dubitaui' Quint. IX 4,101

VARIA LECTIO
M. TULLI. CICERONIS. ORATOR. INCIPIT. FELICITER *inscripsit F om. PO* ‖ 11 est *om.* P^1 *superscr.* P^2 ‖ 15 tuo *om. P* ‖ 19 quo *L* quoi π *cf. Proleg. c. VI*

quo uereor ne, si id quod uis effecero eumque oratorem quem
quaeris expressero, tardem studia multorum, qui desperatione
debilitati experiri id nolent quod se assequi posse diffidant.
4 sed par est omnis omnia experiri, qui res magnas et magno
opere expetendas concupiuerunt. quodsi quem aut natura
sua * aut illa praestantis ingenii uis forte deficiet aut minus
instructus erit magnarum artium disciplinis, teneat tamen
eum cursum quem poterit; prima enim sequentem honestum
est in secundis tertiisque consistere. nam in poetis non
Homero soli locus est, ut de Graecis loquar, aut Archilocho
aut Sophocli aut Pindaro, sed horum uel secundis uel etiam
5 infra secundos; nec uero Aristotelen in philosophia deterruit

1 sqq. cf. Columella d. r. r. I praef. 28—31: post hanc tam multarum tamque multiplicium rerum praedicationem non me praeterit, si, quem desideramus agricolam quemque describimus, exegero a participibus agrestium operum, tardatum iri studia discentium, qui tam uariae tamque uastae scientiae desperatione conterriti nolent experiri, quod se consequi posse diffident. uerumtamen quod in Oratore iam M. Tullius rectissime dixit, par est eos, qui generi humano res utilissimas conquirere et perpensas exploratasque memoriae tradere concupiuerint, cuncta tentare. nec, si uel illa praestantis ingenii uis uel inclytarum artium defecerit instrumentum, confestim debemus ad otium et inertiam deuolui, sed quod sapienter sperauimus perseueranter consectari; summum enim culmen affectantes satis honeste uel in secundo fastigio conspiciemur. nam (an *codd.*) Latiae musae non solos adytis suis Accium et Virgilium recepere, sed eorum et proximis et procul a secundis sacras concessere sedes, nec Brutum aut Caelium Pollionemue cum Messala et Caluo deterruere ab eloquentiae studio fulmina illa Ciceronis. nam neque ille ipse Cicero territus cesserat tonantibus Demostheni Platonique, nec parens eloquentiae, deus ille Maeonius, uastissimis fluminibus facundiae suae posteritatis studia restinxerat. ac (an *codd.*) ne minoris quidem famae opifices per tot iam secula uidemus laborem suum destituisse, qui Protogenem Apellemque cum Parrhasio mirati sunt, nec pulchritudine Iouis Olympii Mineruaeque Phidiacae sequentis aetatis attonitos piguit experiri Bryaxim, Lysippum, Praxitelem, Polycletum quid efficere aut quousque progredi possent, sed in omni genere scientiae et summis admiratio ueneratioque et inferioribus merita laus contigit (contingit *codd.*) ‖ 9 'in secundis tertiisque consistere' Quint. XII 11,26; Hieronym. comm. in Ezech. prol. in l. XII: prima enim, ut ait sublimis orator, quaeque sectanti honestum est etiam in secundis tertiisue consistere

1 uix *O* ‖ oratorū F^1 *corr.* F^2 ‖ 3 nollent *O* nolint *cod. Viteb.* ‖ 4 magnopere *PO* ‖ 6 *post* sua *intercidisse aliquid uidetur, cf. Proleg. l. c.* ‖ defecerit O^1 *in marg. corr.* O^2 ‖ 9 nam λ an *L* ut β ‖ 10 soli *FP* sibi *O* ‖ Archilogo *P* ‖ 11 uel secundis *FP* in secundis *O*

a scribendo amplitudo Platonis, nec ipse Aristoteles admirabili quadam scientia et copia ceterorum studia restinxit.
nec solum ab optimis studiis excellentes uiri deterriti non 2
sunt, sed ne opifices quidem se *ab* artibus suis remouerunt,
qui aut Ialysi, quem Rhodi uidimus, non potuerunt aut Coae
Veneris pulchritudinem imitari, nec simulacro Iouis Olympii
aut doryphori statua deterriti reliqui minus experti sunt quid
efficere aut quo progredi possent; quorum tanta multitudo
fuit, tanta in suo cuiusque genere laus, ut, cum summa mira-
remur, inferiora tamen probaremus. in oratoribus uero, 6
Graecis quidem, admirabile est quantum inter omnis unus
excellat; ac tamen, cum esset Demosthenes, multi oratores
magni et clari fuerunt et antea fuerant nec postea defecerunt.
quare non est cur eorum qui se studio eloquentiae dediderunt spes infringatur aut languescat industria; nam neque
illud ipsum quod est optimum desperandum est, et in praestantibus rebus magna sunt ea quae sunt optimis proxima.
Atque ego in summo oratore fingendo talem informabo, 7
qualis fortasse nemo fuit. non enim quaero quis fuerit, sed
quid sit illud, quo nihil possit esse praestantius, quod in
perpetuitate dicendi non saepe atque haud scio an numquam,
in aliqua autem parte eluceat aliquando, idem apud alios
densius apud alios fortasse rarius. sed ego sic statuo nihil 8
esse in ullo genere tam pulchrum, quo non pulchrius id sit
unde illud ut ex ore aliquo quasi imago exprimatur; quod
neque oculis neque auribus neque ullo sensu percipi potest,
cogitatione tantum et mente complectimur. itaque et Phidiae
simulacris, quibus nihil in illo genere perfectius uidemus,
et iis picturis quas nominaui cogitare tamen possumus
pulchriora, nec uero ille artifex, cum faceret Iouis formam 9
aut Mineruae, contemplabatur aliquem e quo similitudinem

2 quandā *O* ‖ 4 ab *om.* FOP^1 *superscr.* P^2 ‖ 5 hialysi *F* hi — alysii *P* hi Alysi *O* ‖ Zoe O^1 *in marg. corr.* O^2 ‖ 7 statua πβ statuae *L* ‖ quid *FO* quod *P* ‖ 13 clari et magni *O* ‖ 15 spes *L* aut spes *Lambinus* ‖ infringatur βε infringat *L* ‖ 16 praestantibus λ praesentibus *L* ‖ 20 possit esse π esse possit *L* ‖ 21 numquam ε^1 umquam $L\varepsilon^2$ ‖ 22 idem *FP* id est *O* ‖ 24 ullo *FP* illo *O* ‖ 25 *post* quod *inserit Friedrich (N. Jahrbb. f. Philol. 121 p. 142 sq.)* tamen; *malim inserere* quoniam *uel simile aliquid* ‖ 29 hiis ε his *L* ‖ 30 ious *corr.* iouis *F*

quo uereor ne, si id quod uis effecero eumque oratorem quem
quaeris expressero, tardem studia multorum, qui desperatione
debilitati experiri id nolent quod se assequi posse diffidant.
4 sed par est omnis omnia experiri, qui res magnas et magno
opere expetendas concupiuerunt. quodsi quem aut natura
sua* aut illa praestantis ingenii uis forte deficiet aut minus
instructus erit magnarum artium disciplinis, teneat tamen
eum cursum quem poterit; prima enim sequentem honestum
est in secundis tertiisque consistere. nam in poetis non
Homero soli locus est, ut de Graecis loquar, aut Archilocho
aut Sophocli aut Pindaro, sed horum uel secundis uel etiam
5 infra secundos; nec uero Aristotelen in philosophia deterruit

1 sqq. cf. Columella d. r. r. I praef. 28—31: post hanc tam multarum tamque multiplicium rerum praedicationem non me praeterit, si, quem desideramus agricolam quemque describimus, exegero a participibus agrestium operum, tardatum iri studia discentium, qui tam uariae tamque uastae scientiae desperatione conterriti nolent experiri, quod se consequi posse diffident. uerumtamen quod in Oratore iam M. Tullius rectissime dixit, par est eos, qui generi humano res utilissimas conquirere et perpensas exploratasque memoriae tradere concupiuerint, cuncta tentare. nec, si uel illa praestantis ingenii uis uel inclytarum artium defecerit instrumentum, confestim debemus ad otium et inertiam deuolui, sed quod sapienter sperauimus perseueranter consectari; summum enim culmen affectantes satis honeste uel in secundo fastigio conspiciemur. nam (an *codd.*) Latiae musae non solos adytis suis Accium et Virgilium recepere, sed eorum et proximis et procul a secundis sacras concessere sedes, nec Brutum aut Caelium Pollionemue cum Messala et Caluo deterruere ab eloquentiae studio fulmina illa Ciceronis. nam neque ille ipse Cicero territus cesserat tonantibus Demostheni Platonique, nec parens eloquentiae, deus ille Maeonius, uastissimis fluminibus facundiae suae posteritatis studia restinxerat. ac (an *codd.*) ne minoris quidem famae opifices per tot iam secula uidemus laborem suum destituisse, qui Protogenem Apellemque cum Parrhasio mirati sunt, nec pulchritudine Iouis Olympii Mineruaeque Phidiacae sequentis aetatis attonitos piguit experiri Bryaxim, Lysippum, Praxitelem, Polycletum quid efficere aut quousque progredi possent, sed in omni genere scientiae et summis admiratio uenerationque et inferioribus merita laus contigit (contingit *codd.*) ‖ 9 'in secundis tertiisque consistere' Quint. XII 11,26; Hieronym. comm. in Ezech. prol. in l. XII: prima enim, ut ait sublimis orator, quaeque sectanti honestum est etiam in secundis tertiisue consistere

1 uix *O* ‖ oratorū *F*[1] *corr.* *F*[2] ‖ 3 nollent *O* nolint *cod. Viteb.* ‖ 4 magnopere *PO* ‖ 6 *post* sua *intercidisse aliquid uidetur, cf. Proleg. l. c.* ‖ defecerit *O*[1] *in marg. corr.* *O*[2] ‖ 9 nam λ an *L* ut β ‖ 10 soli *FP* sibi *O* ‖ Archilogo *P* ‖ 11 uel secundis *FP* in secundis *O*

a scribendo amplitudo Platonis, nec ipse Aristoteles admirabili quadam scientia et copia ceterorum studia restinxit.
nec solum ab optimis studiis excellentes uiri deterriti non 2
sunt, sed ne opifices quidem se *ab* artibus suis remouerunt,
qui aut Ialysi, quem Rhodi uidimus, non potuerunt aut Coae
Veneris pulchritudinem imitari, nec simulacro Iouis Olympii
aut doryphori statua deterriti reliqui minus experti sunt quid
efficere aut quo progredi possent; quorum tanta multitudo
fuit, tanta in suo cuiusque genere laus, ut, cum summa miraremur, inferiora tamen probaremus. in oratoribus uero, 6
Graecis quidem, admirabile est quantum inter omnis unus
excellat; ac tamen, cum esset Demosthenes, multi oratores
magni et clari fuerunt et antea fuerant nec postea defecerunt.
quare non est cur eorum qui se studio eloquentiae dediderunt spes infringatur aut languescat industria; nam neque
illud ipsum quod est optimum desperandum est, et in praestantibus rebus magna sunt ea quae sunt optimis proxima.
Atque ego in summo oratore fingendo talem informabo, 7
qualis fortasse nemo fuit. non enim quaero quis fuerit, sed
quid sit illud, quo nihil possit esse praestantius, quod in
perpetuitate dicendi non saepe atque haud scio an numquam,
in aliqua autem parte eluceat aliquando, idem apud alios
densius apud alios fortasse rarius. sed ego sic statuo nihil 8
esse in ullo genere tam pulchrum, quo non pulchrius id sit
unde illud ut ex ore aliquo quasi imago exprimatur; quod
neque oculis neque auribus neque ullo sensu percipi potest,
cogitatione tantum et mente complectimur. itaque et Phidiae
simulacris, quibus nihil in illo genere perfectius uidemus,
et iis picturis quas nominaui cogitare tamen possumus
pulchriora, nec uero ille artifex, cum faceret Iouis formam 9
aut Mineruae, contemplabatur aliquem e quo similitudinem

2 quandā *O* ‖ 4 ab *om.* *FOP*[1] *superscr.* *P*[2] ‖ 5 hialysi *F* hi — alysii *P* hi Alysi *O* ‖ Zoe *O*[1] *in marg. corr.* *O*[2] ‖ 7 statua πβ statuae *L* ‖ quid *FO* quod *P* ‖ 13 clari et magni *O* ‖ 15 spes *L* aut spes *Lambinus* ‖ infringatur βε infringat *L* ‖ 16 praestantibus λ praesentibus *L* ‖ 20 possit esse π esse possit *L* ‖ 21 numquam ε[1] umquam *L*ε[2] ‖ 22 idem *FP* id est *O* ‖ 24 ullo *FP* illo *O* ‖ 25 *post* quod *inserit Friedrich (N. Jahrbb. f. Philol. 121 p. 142 sq.)* tamen; *malim inserere* quoniam *uel simile aliquid* ‖ 29 hiis ε his *L* ‖ 30 ious *corr.* iouis *F*

duceret, sed ipsius in mente insidebat species pulchritudinis
eximia quaedam, quam intuens in eaque defixus ad illius
3 similitudinem artem et manum derigebat. ut igitur in
formis et figuris est aliquid perfectum et excellens, cuius ad
cogitatam speciem imitando referuntur ea quae sub oculos
ipsa [non] cadunt, sic perfectae eloquentiae speciem animo
10 uidemus, effigiem auribus quaerimus. has rerum formas
appellat ἰδέας ille non intellegendi solum sed etiam dicendi
grauissimus auctor et magister Plato, easque gigni negat
et ait semper esse ac ratione et intellegentia contineri;
cetera nasci occidere, † fluere labi, nec diutius esse uno et
eodem statu. quicquid est igitur de quo ratione et uia disputetur, id est ad ultimam sui generis formam speciemque
redigendum.

11 Ac uideo hanc primam ingressionem meam non ex oratoriis disputationibus ductam, sed e media philosophia repetitam, et eam quidem cum antiquam tum subobscuram aut
reprehensionis aliquid aut certe admirationis habituram. nam
aut mirabuntur quid haec pertineant ad ea quae quaerimus,
— quibus satis faciet res ipsa cognita, ut non sine causa
alte repetita uideatur, — aut reprehendent, quod inusitatas
12 uias indagemus, tritas relinquamus. ego autem et me saepe
noua uideri dicere intellego, cum peruetera dicam sed inaudita
plerisque, et fateor me oratorem, si modo sim aut etiam
quicumque sim, non ex rhetorum officinis, sed ex Academiae

9 sqq. cf. Symp. p. 211 A ‖ 15 sqq. 'ac uideo — repetitam' Non. p. 209, 21 sqq. ‖ 24 sq. Quint. XII 2, 23: M. Tullius non tantum se debere scholis rhetorum quantum Academiae spatiis frequenter ipse testatus est; Tac. Dial. 32: Cicero his, ut opinor, uerbis refert, quidquid in eloquentia effecerit, id se non rhetorum officinis (officinis *om. codd.*), sed Academiae spatiis consecutum

2 quadam P^1 *corr.* P^2 ‖ 3 derigebat *scripsi* dirigebat *L* ‖ informis *F* ‖ 6 non *seclus. Victorius Var. Lect. XI 14, sed cf. Proleg.* ‖ 9 easquae F^1 *corr.* F^2 ‖ gingni P^1 *corr.* P^2 ‖ 10 ait *FO* aut *P* ‖ 11 fluere *L* affluere *Friedrich N. Jbb. 111 p. 857* ‖ 15 primum *codd. Non.* ‖ oratoriis β oratoris *L et Nonius* ‖ 17 eam *L* ea *Bake De em. Cic. Or. p. 39* ‖ antiquam *L* antiqua *Bake* ‖ subobscuram *FO*P^2 suboscuram P^1 subobscura *Bake* ‖ 21 reprehendet *F* ‖ 24 etiam *F om.* $P^1 O^1$ *superscr.* $P^2 O^2$

spatiis exstitisse; illa enim sunt curricula multiplicium uariorumque sermonum, in quibus Platonis primum sunt impressa
uestigia. sed et huius et aliorum philosophorum disputationibus et exagitatus maxume orator est et adiutus; omnis
enim ubertas et quasi silua dicendi ducta ab illis est, nec
satis tamen instructa ad forenses causas; quas, ut illi ipsi
dicere solebant, agrestioribus Musis reliquerunt. sic eloquentia 13
haec forensis spreta a philosophis et repudiata multis illa
quidem adiumentis magnisque caruit, sed tamen ornata uerbis
atque sententiis iactationem habuit in populo nec paucorum iudicium reprehensionemque pertimuit: ita et doctis eloquentia
popularis et disertis elegans doctrina defuit. positum sit 4 14
igitur in primis, quod post magis intellegetur, sine philosophia non posse effici quem quaerimus eloquentem, non ut
in ea tamen omnia sint, sed ut sic adiuuet ut palaestra histrionem; parua enim magnis saepe rectissime conferuntur.
nam nec latius atque copiosius de magnis uariisque rebus
sine philosophia potest quisquam dicere; — si quidem etiam 15
in Phaedro Platonis hoc Periclen praestitisse ceteris dicit
oratoribus Socrates, quod is Anaxagorae physici fuerit
auditor; a quo censet eum, cum alia praeclara quaedam et
magnifica didicisset, uberem et fecundum fuisse narumque,
quod est eloquentiae maximum, quibus orationis modis quaeque
animorum partes pellerentur; quod idem de Demosthene existimari potest, cuius ex epistulis intellegi licet quam frequens
fuerit Platonis auditor; — nec uero sine philosophorum 16
disciplina genus et speciem cuiusque rei cernere neque eam

1 sq. Seru. in Verg. Aen. VIII 408: (curriculum) Cicero in Oratore pro loci spatio: haec sunt curricula ac spatia multiplicium uariorumque uerborum ‖ 19 sqq. p. 270 A ‖ 25 epistulis] falso cogitasse uidetur Cicero de Pseudodemosth. ep. 5

1 multipliciū *F* multiplicū *PO* ‖ uariorumque *FP et in marg.* O^2 maiorū que O^1 ‖ 7 relinquerunt P^1 *corr.* P^2 ‖ 8 illa quidem *uulg. (ed. Rom.)* quidem illa *L* ‖ 9 adiumenta *(corr. 2)* magnisque *O* ‖ 10 iudicum *PO* ‖ 11 quę *P* ‖ 15 sint omnia *Lambinus* ‖ 17 copiosissius *P* ‖ 19 dicit *cod. Laur. 50,1* dicat *L* ‖ 21 alia *L malim* talia ‖ 22 didicisset *L* didicisse tum *Schuetz* ‖ gnarumque *L* ‖ 23 orationū O^1 *in marg. corr.* O^2 ‖ 25 epistolis F^1 *corr.* F^2 ‖ 27 neque eam *PO* nequeam *F*

definiendo explicare nec tribuere in partes possumus nec iudicare quae uera quae falsa sint neque cernere consequentia, repugnantia uidere, ambigua distinguere. quid dicam de natura rerum, cuius cognitio magnam orationis suppeditat copiam, de uita, de officiis, de uirtute, de moribus?* sine multa earum ipsarum rerum disciplina aut dici aut intellegi
5 17 posse. ad has tot tantasque res adhibenda sunt ornamenta innumerabilia; quae sola tum quidem tradebantur ab iis qui dicendi numerabantur magistri, quo fit ut ueram illam et absolutam eloquentiam nemo consequatur, quod alia intellegendi alia dicendi disciplina est et ab aliis rerum ab aliis
18 uerborum doctrina quaeritur. itaque M. Antonius, cui uel primas eloquentiae patrum nostrorum tribuebat aetas, uir natura peracutus et prudens, in eo libro quem unum reliquit d i s e r t o s a i t s e u i d i s s e m u l t o s, e l o q u e n t e m o m n i n o n e m i n e m; insidebat uidelicet in eius mente species eloquentiae, quam cernebat animo, re ipsa non uidebat. uir autem acerrimo ingenio — sic enim fuit — multa et in se et in aliis desiderans neminem plane qui recte appellari elo-
19 quens posset uidebat; quodsi ille nec se nec L. Crassum eloquentem putauit, habuit profecto comprehensam animo quandam formam eloquentiae, cui quoniam nihil deerat, eos quibus aliquid aut plura deerant in eam formam non poterat includere. inuestigemus hunc igitur, Brute, si possumus, quem nunquam uidit Antonius aut qui omnino nullus unquam fuit; quem si imitari atque exprimere non possumus,

12 sqq. Hieronym. adu. Pelagian. III 17: Antonius orator egregius, in cuius laudibus Tullius pertonat, disertos se ait uidisse multos, eloquentem adhuc neminem

1 explicando P^1 *corr.* P^2 ‖ 3 quid dicam *L* ecquid dicam *Sauppe Tulliana p. 11* ‖ 4 orationis *L* orois *inducta postrema littera* ε ‖ 5 sine *L* an sine *coni. Ernesti* quidquamne sine *Bake* de quibus nihil sine *C. Schenkl (Zeitschr. f. d. oest. Gymn. 1870 p. 625)* ‖ 6 earum *om.* F^1 *in marg. add.* F^2 ‖ 7 posse *L* potest *Lambinus Ernesti Bake Schenkl* posse sed *Sauppe* ‖ 8 iis π his *L* ‖ 10 quod *om. P* ‖ 19 appellare O^1 *corr.* O^2 ‖ 23 potuit O^1 *in marg. corr.* O^2 ‖ 24 *inter* hunc *et* igitur *F expunctum habet* ipsum ‖ 26 unquam *FO* utiquam *P* ‖ atque *FP et in marg.* O^2 aut O^1

quod idem ille uix deo concessum esse dicebat, at qualis esse debeat poterimus fortasse dicere.

Tria sunt omnino genera dicendi, quibus in singulis 20
quidam floruerunt, peraeque autem, id quod uolumus, perpauci in omnibus. nam et grandiloqui, ut ita dicam, fuerunt cum ampla et sententiarum grauitate et maiestate uerborum, uehementes uarii, copiosi graues, ad permouendos et conuertendos animos instructi et parati, quod ipsum alii aspera, tristi, horrida oratione neque perfecta atque conclusa *consecuti sunt*, alii leui et structa et terminata; et contra tenues, acuti, omnia docentes et dilucidiora, non ampliora facientes,
subtili quadam et pressa oratione limati, in eodemque genere 6
alii callidi, sed impoliti et consulto rudium similes et imperitorum, alii in eadem ieiunitate concinniores, idem faceti,
florentes etiam et leuiter ornati. est autem quidam inter- 21
iectus inter hos, medius et quasi temperatus, nec acumine posteriorum nec fulmine utens superiorum, uicinus amborum, in neutro excellens, utriusque particeps uel utriusque, si uerum quaerimus, potius expers, isque uno tenore, ut aiunt, in dicendo fluit nihil afferens praeter facilitatem et aequabilitatem aut addit aliquos ut in corona toros omnemque orationem ornamentis modicis uerborum sententiarumque
distinguit. horum singulorum generum quicumque uim sin- 22
gulis* consecuti sunt, magnum in oratoribus nomen habuerunt;
sed quaerendum est satisne id quod uolumus effecerint. ui- 7
demus enim fuisse quosdam, qui idem ornate ac grauiter, idem uersute et subtiliter dicerent. atque utinam in Latinis

5 Mart. Cap. lib. d. rhet. c. 31 (Rh. Lat. p. 473,14 H): licet Tullius . . dicat grandiloquos oratores ‖ 5 sqq. 'nam et — uerborum' Non. p. 115,24 sqq. ‖ 15 sqq. 'est autem — expers' Non. p. 59,29 sqq.

9 orrida *P* ‖ consecuti sunt *add. Kayser* sunt consecuti *post* terminata *add. uulg.* ‖ 10 leui πε leni *L* ‖ structa *Ernesti* instructa *L* ‖ 12 oratione *P* ratione *FO* ‖ limati π limata *L* ‖ 13 calidi P^1 *corr.* P^2 ‖ consulto βλ inconsulto *L* ‖ 14 idem P^1 idest P^2F id est *O* ‖ 16 hos *Nonius, om. L* ‖ temperatus *Non.* temperandus *L* ‖ 17 fulmine *L* flumine *Non.* ‖ uicinus *L* ut cinnus *Non.* ‖ 18 in *om. Non.* ‖ 20 facilitatem *Manutius* facultatem *L* ‖ aequabilitatem *Manutius* aequalitatem *L* ‖ 23 singulis *L* in singulis π singuli *Schuetz*; *uidetur excidisse* orationibus ‖ 27 utinam *PO* utinam ut *F*

talis oratoris simulacrum reperire possemus! esset egregium 23 non quaerere externa, domesticis esse contentos; sed ego idem, qui in illo sermone nostro qui est expositus in Bruto multum tribuerim Latinis, uel ut hortarer alios uel quod amarem meos, recordor longe omnibus unum anteferre Demosthenem *huius*que uim accommodare ad eam quam sentiam eloquentiam, non ad eam quam in aliquo ipse cognouerim: hoc nec grauior exstitit quisquam nec callidior nec temperatior. itaque nobis monendi sunt ii quorum sermo imperitus increbruit, qui aut dici se desiderant Atticos aut ipsi Attice uolunt dicere, ut mirentur hunc maxime, quo *ne* Athenas quidem ipsas magis credo fuisse Atticas; quid enim sit Atticum discant eloquentiamque illius uiribus, non imbecillitate 24 sua metiantur. nunc enim tantum quisque laudat, quantum se posse sperat imitari; sed tamen eos studio optimo, iudicio minus firmo praeditos docere quae sit propria laus Atticorum non alienum puto.

8 Semper oratorum eloquentiae moderatrix fuit auditorum prudentia. omnes enim qui probari uolunt uoluntatem eorum qui audiunt intuentur ad eamque et ad eorum arbitrium 25 et nutum totos se fingunt et accommodant. itaque Caria et Phrygia et Mysia, quod minime politae minimeque elegantes sunt, asciuerunt aptum suis auribus opimum quoddam et tanquam adipatae dictionis genus, quod eorum uicini non ita lato interiecto mari Rhodii nunquam probauerunt, [Graecia autem multo minus,] Athenienses uero funditus repudiauerunt. quorum semper fuit prudens sincerumque iudicium, nihil ut possent nisi incorruptum audire et elegans; eorum religioni cum seruiret orator, nullum uerbum insolens, nullum odiosum 26 ponere audebat. itaque hic, quem praestitisse diximus ceteris,

---

5 sqq. Brut. 35 ‖ 23 sqq. ‘adsciuerunt — genus’ Non. p. 69,3 sq.

---

5 meos *FP* eos *O* ‖ 6 huius *addidi* ‖ que uim *FO* quem uim *P* ‖ sentiam *L malim* sentio ‖ 8 calidior P^1 *corr.* P^2 ‖ temperantior *P* ‖ 11 ne *om. L add. βλ* ‖ 13 illius ε ipsius *L* ‖ 16 minus *FO et in marg.* P^2 mius P^1 ‖ 22 Prygia P^1 *corr.* P^2 ‖ politae *uulg.* polite *L* ‖ 23 aptum *om. Non.* ‖ auribus *L* artibus *Non.* ‖ optimum POF^1 *corr.* F^2 ‖ 24 tanquam *L* quasi *Non.* ‖ adipatae *Non.* adipale *L* adipatum *Lambinus* ‖ 25 Graecia *(sic L)* — minus *seclus. Sauppe Coni. Tull. p. 7*

in illa pro Ctesiphonte oratione longe optima summissius a primo; deinde, dum de legibus disputat, pressius; post sensim incendens iudices, ut uidit ardentis, in reliquis exsultauit audacius. ac tamen in hoc ipso diligenter examinante uerborum omnium pondera reprehendit Aeschines quaedam et exagitat illudensque dura, odiosa, intolerabilia esse dicit; quin etiam quaerit ab ipso, cum quidem eum beluam appellet, utrum illa uerba an portenta sint, ut Aeschini ne Demosthenes quidem uideatur Attice dicere. facile est enim uerbum ali- 27 quod ardens, ut ita dicam, notare idque restinctis iam animorum incendiis irridere; itaque se purgans iocatur Demosthenes: negat in eo positas esse fortunas Graeciae, *hocine an illo uerbo usus sit*, huc an illuc manum porrexerit. quonam igitur modo audiretur Mysus aut Phryx Athenis, cum etiam Demosthenes exagitetur ut putidus? cum uero inclinata ululantique uoce more Asiatico canere coepisset, quis eum ferret, aut potius quis non iuberet auferri? ad Atticorum igitur 9 aures teretes et religiosas qui se accommodant, ii sunt existi- 28 mandi Attice dicere. quorum genera plura sunt; hi unum modo quale sit suspicantur. putant enim, qui horride inculteque dicat, modo id eleganter enucleateque faciat, eum solum Attice dicere: errant, quod solum; quod Attice, non falluntur. 29 istorum enim iudicio, si solum illud est Atticum, ne Pericles quidem dixit Attice, cui primae sine controuersia deferebantur; qui si tenui genere uteretur, nunquam ab Aristophane poëta fulgere, tonare, permiscere Graeciam dictus esset. dicat igitur Attice uenustissimus ille scriptor ac politissimus

---

5 sqq. in Ctes. § 166 sq. ‖ 12 sq. d. cor. § 232 ‖ 13 sqq. ‘quonam — putidus’ Non. p. 460,28 sq. ‖ 21 sq. ‘modo — dicere’ Non. p. 60,4 sq. ‖ 25 Acharn. 531

---

1 cthesiponte *P* Cthesiphonte *(C ex E corr.) O* ‖ 2 dum *FP* cū *O* ‖ 3 ardentes F^1 *corr.* F^2 ‖ 4 ac tamen *FO* attamen *P* ‖ 6 dura *L* dira *uulg.* ‖ 7 appellet *L* appellat *Goeller* ‖ 12 eo *πλ* eos *L* ‖ Graeciae *FO* gratiae P^1 graetiae P^2 ‖ hocine an illo uerbo usus sit *coni. Sauppe Coni. Tull. p. 4 ex uerbis Demosthenis Latine uersis apud Ambros. in Luc. II 42 et Augustin. contra Crescon. II 1,2;* in hoc in eum *(ceteris omissis) L* ‖ 13 quoniā *O et codd. plerique Non.* ‖ 14 Mysus FOP^1 Mysius P^2 ‖ 15 exagitetur *L* agitetur *Non.* ‖ ut *om. Non.* ‖ 18 aures *πβλ* aut res *L* ‖ 20 inculte qui *O* ‖ 23 Perides P^1 *corr.* P^2 ‖ 26 persmiscere *F*

Lysias, — quis enim id possit negare? — dum intellegamus
hoc esse Atticum in Lysia, non quod tenuis sit atque inor-
natus, sed quod [non] nihil habeat insolens aut ineptum;
ornate uero et grauiter et copiose dicere aut Atticorum sit
30 aut ne sit Aeschines neue Demosthenes Atticus. ecce autem
aliqui se Thucydidios esse profitentur: nouum quoddam im-
peritorum et inauditum genus! nam qui Lysiam sequuntur,
causidicum quendam sequuntur non illum quidem amplum
atque grandem, suptilem et elegantem tamen et qui in foren-
sibus causis possit praeclare consistere; Thucydides autem
res gestas et bella narrat et proelia, grauiter sane et probe,
sed nihil ab eo transferri potest ad forensem usum et publi-
cum: ipsae illae contiones ita multas habent obscuras ab-
ditasque sententias, uix ut intellegantur, quod est in oratione
31 ciuili uitium uel maximum. quae est autem in hominibus
tanta peruersitas, ut inuentis frugibus glande uescantur? an
uictus hominum Atheniensium beneficio excoli potuit, oratio
non potuit? quis porro unquam Graecorum rhetorum a
Thucydide quicquam duxit? 'at laudatus est ab omnibus.'
fateor; sed ita ut rerum explicator prudens, seuerus, grauis,
non ut in iudiciis uersaret causas, sed ut in historiis bella
32 narraret; itaque nunquam est numeratus orator, nec uero,
si historiam non scripsisset, nomen eius exstaret, cum † prae-
sertim fuisset honoratus et nobilis. huius tamen nemo neque
uerborum neque sententiarum grauitatem imitatur, sed, cum
mutila quaedam et hiantia locuti sunt, quae uel sine magistro
facere potuerunt, germanos se putant esse Thucydidas. nactus
sum etiam qui Xenophontis similem esse se cuperet; cuius
sermo est ille quidem melle dulcior, sed a forensi strepitu
remotissimus.

1 Lysias FP^1O^1 al. thysias *in marg.* P^2 Tysias *in marg.* O^2 ‖ 2 Lysia FOP^1 al. thysia *in marg.* P^2 ‖ 3 nonnihil *L* non *seclus.* βλ ‖ 5 autem *FO* quidem P^1 *in marg. corr.* P^2 ‖ 9 et qui β nec qui *L* ‖ 13 ipsae ille *FP* ipse ille *O* ‖ 15 hoçminibus *F* ‖ 16 clande F^1 *corr.* F^2 ‖ uescamur O^1 *in marg. corr.* O^2 ‖ 19 omnibus *FP et in marg.* O^2 hominibus O^1 ‖ 21 uersaret *FO* uersarae *P* ‖ 23 *ante* exstaret βλ *superscr.* non; *fortasse uel pro* praesertim *uel post* praesertim *scribendum est* parum, *cf. Proleg.* ‖ 25 cum mutila *in marg.* O^2 cum utilia *FP* cu mutila O^1 ‖ 26 hiantia βλ hi antea FPO^1 hiantea *in marg.* O^2 ‖ quae *L malim* quod

Referamus igitur nos ad eum quem uolumus inchoan- 33
dum et † eadem eloquentia informandum quam in nullo
cognouit Antonius. magnum opus omnino et arduum, Brute, 10
conamur, sed nihil difficile amanti puto; amo autem et
semper amaui ingenium, studia, mores tuos. incendimur
porro cotidie magis non desiderio solum, — quo quidem con-
ficior congressus nostros, consuetudinem uictus, doctissimos
sermones requirens tuos, — sed etiam admirabili fama uir-
tutum incredibilium, quae specie dispares prudentia coniun-
guntur. quid enim tam distans quam a seueritate comitas: 34
quis tamen unquam te aut sanctior est habitus aut dulcior?
quid tam difficile quam in plurimorum controuersiis diiudi-
candis ab omnibus diligi: consequeris tamen, ut eos ipsos
quos contra statuas aequos placatosque dimittas. itaque
efficis ut, cum gratiae causa nihil facias, omnia tamen sint
grata quae facis. ergo *in* omnibus terris una Gallia com-
muni non ardet incendio; in qua frueris ipse te, cum in
Italiae luce cognosceris, uersarisque in optimorum ciuium
uel flore uel robore. iam quantum illud est, quod in maxu-
mis occupationibus nunquam intermittis studia doctrinae,
semper aut ipse scribis aliquid aut me uocas ad scribendum!
itaque hoc sum aggressus statim Catone absoluto, — quem 35
ipsum nunquam attigissem tempora timens inimica uirtuti,
nisi tibi hortanti et illius memoriam mihi caram excitanti
non parere nefas esse duxissem, — sed testificor me a te
rogatum et recusantem haec scribere esse ausum. uolo enim

4 cf. Hieronym. ep. ad Eustoch. XXII 40: nihil amantibus durum est, nullus difficilis cupienti labor est ‖ 15 sq. Amm. Marc. XXVII 9,10: quod laudando Brutum Tullius refert, ut cum nihil ad gratiam faceret, omnia tamen grata uiderentur esse (esse *seclus. Gardthausen)* quae factitabat ‖ 19 sqq. Quint. X 7,27: neque enim fere tam est ullus dies occupatus, ut nihil lucratiuae, ut Cicero Brutum facere tradit, operae ad scribendum aut legendum aut dicendum rapi aliquo momento temporis possit

2 eadem *L* ea *Bake* ea quidem *Kayser; fortasse* ea denique ‖ 5 incendimur *scripsi* incendiosior *L* incendor πλ ‖ 9 prudentia πβλ prudentiae *L* ‖ 12 ficile P^1 *corr.* P^2 ‖ 15 nil *P* ‖ 16 in *addidi, cf. Proleg.* ‖ 18 luce βλ lucem *L* ‖ 25 dixissem P^1 *corr.* P^2 ‖ 26 recusantem λ recusandum *L*

mihi tecum commune esse crimen, ut, si sustinere tantam
quaestionem non potuero, iniusti oneris impositi tua culpa
sit, mea recepti; in quo tamen iudicii nostri errorem laus
tibi dati muneris compensabit.
11 Sed in omni re difficillimum est formam, qui χαρακτὴρ
36 Graece dicitur, exponere optimi, quod aliud aliis uidetur
optimum. 'Ennio delector' ait quispiam 'quod non discedit
a communi more uerborum'. 'Pacuuio' inquit alius: 'omnes
apud hunc ornati elaboratique sunt uersus, multa apud
alterum neglegentius'. fac alium Accio; uaria enim sunt iudicia
ut in Graecis, nec facilis explicatio, quae forma maxime ex-
cellat. in picturis alios horrida, inculta, abdita et opaca,
contra alios nitida, laeta, conlustrata delectat: quid est quo
praescriptum aliquod aut formulam exprimas, cum in suo
quaeque genere praestet et genera plura sint? hac ego reli-
gione non sum ab hoc conatu repulsus existimauique in
omnibus rebus esse aliquid optimum, etiam si lateret, idque
37 ab eo posse qui eius rei narus esset iudicari. sed quoniam
plura sunt orationum genera eaque diuersa neque in unam
formam cadunt omnia, laudationum [scriptionum] et histo-
riarum et talium suasionum, qualem Isocrates fecit Panegy-
ricum multique alii qui sunt nominati sophistae, reliqua-
rumque † rerum formam, quae absunt a forensi contentione,
eiusque totius generis quod Graece ἐπιδεικτικὸν nominatur,
quia quasi ad inspiciendum delectationis causa comparatum
est, non complectar hoc tempore. non quo neglegenda sit;
est enim illa quasi nutrix eius oratoris quem informare uo-
12 lumus et de quo molimur aliquid exquisitius dicere. ab hac

5 qui *Tulich (ed. Lips. 1515)* quae *idem in marg.* quod *L* ‖ caracter *FO* carecter *P* ‖ 8 pacuio FO^1 al. pacuuio *in marg.* O^2 ‖ 9 ornati *L* tornati *coni. Stangl (Wochenschr. f. klass. Philol. 1884 p. 652) sine necessitate* ‖ sunt POF^2 sint F^1 ‖ multa *L* multo *Lambinus* multi *Schenkl* ‖ 12 alios ε^2 alius *L* ‖ abdita et *seclus. Maduig De fin.³ p. 562* ‖ 13 alios ε^2 alius *L* ‖ delectat *L* delectant $\pi\varepsilon$ ‖ 14 praescriptum β perscriptum *L* ‖ 15 quaeque *scripsi* quodque *L* ‖ 18 gnarus *L* ‖ 20 scriptionum *seclusit Sauppe Coni. Tull. p. 10; transposuit post* (22) reliquarumque *pro* rerum *Schenkl* ‖ 21 Pangyrycū O^1 Panegyrycū O^2P ‖ 22 sophisthae*F* ‖ 23 rerum *L* earum *Jahn; fortasse* scriptionum earum ‖ 24 epedicti cōnominatur *P* epedycti cōnominatur O^1 epedicticon nominatur *in marg.* O^2 ‖ 25 quia *uulg.* qua *L* quod λ ‖ 26 amplectar P^1 *corr.* P^2

et uerborum copia alitur et eorum constructio et numerus
liberiore quadam fruitur licentia; datur etiam uenia concin- 38
nitati sententiarum et arguti certique et circumscripti uer-
borum ambitus conceduntur, de industriaque non ex insidiis
sed aperte ac palam elaboratur, ut uerba uerbis quasi de-
mensa et paria respondeant aut crebro conferantur pugnantia
comparenturque contraria [et] aut pariter extrema terminen-
tur eundemque referant in cadendo sonum. quae in ueritate
causarum et rarius multo facimus et certe occultius, in Pan-
athenaico autem Isocrates ea *se* studiose consectatum fa-
tetur; non enim ad iudiciorum certamen, sed *ad* uoluptatem
aurium scripserat. haec tractasse Thrasymachum Calche- 39
donium primum et Leontinum ferunt Gorgiam, Theodorum
inde Byzantium multosque alios, quos λογοδαιδάλους appellat
in Phaedro Socrates; quorum satis arguta multa, sed ut modo
primumque nascentia minuta et uersiculorum similia quaedam
nimiumque depicta. quo magis sunt Herodotus Thucydidesque
mirabiles; quorum aetas cum in eorum tempora quos
nominaui incidisset, longissime tamen ipsi a talibus deliciis
uel potius ineptiis afuerunt. alter enim sine ullis salebris
quasi sedatus amnis fluit, alter incitatior fertur et de bellicis
rebus canit etiam quodam modo bellicum, primisque ab his,
ut ait Theophrastus, historia commota est, ut auderet uberius
quam superiores et ornatius dicere. horum aetati successit 13 40
Isocrates, qui praeter ceteros eiusdem generis laudatur semper

4 sqq. 'quae non ex insidiis — respondeant' Non. p. 525,9 sqq. ‖ 10 p. 233 ‖ 15 p. 266 E ‖ 20 sq. 'alter enim — fluit' Non. p. 177,6 sq. ‖ 22 Quint. X 1,33: quamquam (M. Tullius) illum bellicum canere . . existimet ‖ 23 Theophrastus] incertum in quo libro

2 concinniati *FP* concinnati O^1 al. concinnitati *in marg.* O^2 ‖ 3 arguiti *P* arguiti FO^1 al. arguti *in marg.* O^2; *fortasse* argutiis ‖ 4 que *O* quae *FP et codd. Non.* ‖ ex *Nonius* ea *L* ‖ 5 ac *om. Nonius* ‖ elaboratur *L* elaborat *Nonius* ‖ 6 aut *scripsi* ut *L* ‖ conferantur *Manutius* conferant *L* ‖ 7 comparenturque *Manutius* comparentque *L* ‖ et aut *L* et *seclusi* et ut *cod. Vit.* ‖ 9 panathenateo *F* phanatanateo *P* Phanathenateo *O* ‖ 10 Socrates *O* ‖ se *om. L add. uulg.* ‖ 11 ad *om. L add.* λ ‖ 14 Birantium *P* ‖ logodedalos *FO* logododalos *P* ‖ 17 nimiumque *F* minimeque *PO* ‖ 21 sedatis (i *in ras.*) *P* ‖ 22 quoddam *P* ‖ 24 aetati successit *PO et in marg.* F^2 aetatis ue cessit F^1 ‖ 25 Iosacrates *P*

a nobis, non nunquam, Brute, leniter et erudite repugnante te; sed concedas mihi fortasse, si, quid in eo laudem, cognoueris. nam cum concisus ei Thrasymachus minutis numeris uideretur et Gorgias, qui tamen primi traduntur arte quadam uerba iunxisse, Thucydides autem praefractior nec satis, ut ita dicam, rotundus, primus instituit dilatare uerbis et mollioribus numeris explere sententias; in quo cum doceret eos qui partim in dicendo partim in scribendo principes 41 exstiterunt, domus eius officina habita eloquentiae est. itaque ut ego, cum a nostro Catone laudabar, uel reprehendi me a ceteris facile patiebar, sic Isocrates uidetur testimonio Platonis aliorum iudicia debere contemnere. est enim, ut scis, quasi in extrema pagina Phaedri his ipsis uerbis loquens Socrates: 'adulescens etiam nunc, o Phaedre, Isocrates est, sed quid de illo augurer lubet dicere'. 'quid tandem?' inquit ille. 'maiore mihi ingenio uidetur esse, quam ut cum orationibus Lysiae comparetur, praeterea ad uirtutem maior indoles; ut minime mirum futurum sit, si, cum aetate processerit, aut in hoc orationum genere cui nunc studet tantum, quantum pueris, reliquis praestet omnibus qui unquam orationes attigerunt aut, si contentus his non fuerit, diuino aliquo animi motu maiora concupiscat; inest enim natura 42 philosophia in huius uiri mente quaedam.' haec de adulescente Socrates auguratur; at ea de seniore scribit Plato et scribit aequalis, et quidem exagitator omnium rhetorum hunc miratur unum; me autem qui Isocraten non diligunt una cum Socrate et cum Platone errare patiantur. dulce igitur

5 sq. 'Theodectes autem praefractior — dilatare uerbis' Non. p. 60,10 sq. ‖ 13 p. 279 A ‖ 21 'diuino — concupiscat' Prisc. VIII p. 427,23 et 434,24 sq.

1 leuiter *F* ‖ 2 concedas *scripsi* credas *L cf. Proleg.* ‖ 5 Thucydides *L* Theodectes *Nonius* Theodorus *Ernesti* ‖ praefactior *P* ‖ 8 inscribendo *F* ‖ 11 socrates *corr.* isocrates *F* ‖ *ante* testimonio *haud scio an exciderit* prae ‖ 14 Socrates] isocrates *F* Isocrates *PO* ‖ 20 nunquam *P* ‖ 22 maiore *P* ‖ concupiscam *codd. Prisc. p. 434* ‖ 22 philosophia *uulg.* philosophiae *L* ‖ quaedam *FO* quadam *P* ‖ 24 auguratur *F* auguratus *PO* ‖ 26 isocraten *F* Socraten P^1 *corr.* P^2 Socratem O^1 al. isocratem *in marg.* O^2

orationis genus et solutum et fluens, sententiis argutum, uerbis sonans est in illo epidictico genere quod diximus, proprium sophistarum, pompae quam pugnae aptius, gymnasiis et palaestrae dicatum, spretum et pulsum foro; sed quod educata huius nutrimentis eloquentia [est] ipsa se postea colorat et roborat, non alienum fuit de oratoris quasi incunabulis dicere. uerum haec ludorum atque pompae; nos autem iam in aciem dimicationemque ueniamus.

Quoniam tria uidenda sunt oratori: quid dicat et quo 14 43 quidque loco et quo modo, dicendum omnino est quid sit optimum in singulis, sed aliquanto secus atque in tradenda arte dici solet: nulla praecepta ponemus, neque enim id suscepimus, sed excellentis eloquentiae speciem et formam adumbrabimus; nec quibus rebus ea paretur exponemus, sed 44 qualis nobis esse uideatur. ac duo breuiter prima; sunt enim non tam insignia ad maximam laudem quam necessaria et † tamen cum multis paene communia; nam et inuenire et iudicare quid dicas magna illa quidem sunt et tanquam animi instar in corpore, sed propria magis prudentiae quam eloquentiae. [qua tamen in causa est uacua prudentia?] nouerit igitur hic quidem orator, quem summum esse uolumus, argumentorum et rationum locos. nam quoniam, quicquid 45 est quod in controuersia aut in contentione uersetur, in eo aut sitne aut quid sit aut quale sit quaeritur: — sitne, signis; quid sit, definitionibus; quale sit, recti prauique partibus; quibus ut uti possit orator, non ille uulgaris sed hic excellens, a propriis personis et temporibus semper, si potest,

5 sq. Seru. in Verg. Aen. I 176: Cicero in Oratore: et qui deducta huius nutrimenta eloquentia ipsa se postea calorauit *(sic cod. C)* ‖ 17 sqq. Quint. VIII pr. 14: M. Tullius inuentionem quidem ac dispositionem prudentis hominis putat, eloquentiam oratoris ‖ 23 sq. Quint. III 6,44: generales status, quibus et Cicero in Oratore utitur et omnia quae aut in controuersiam aut in contentionem ueniant contineri putat, sitne? quid sit? quale sit?

1 fluens *coni. Orelli* effluens *L* ‖ 5 est *L expunx.* π ‖ 7 haec *P* hae *F* hec O^1 c *expunx.* O^2 ‖ 8 iam *F om. PO* ‖ 9 quod quidque *F* ‖ 11 secius O^1 *in marg. corr.* O^2 ‖ 14 expromemus *P* ‖ 17 tamen *L* eadem *coni. Halm in ed. alt. Pideritiana* ‖ 19 propriae P^1 *corr.* P^2 ‖ 20 *uerba* qua — prudentia *secludenda esse suspicatus est Lambinus* ‖ 22 quoniam *seclus. uulg.* ‖ 26 ut *F om. PO*

auocat controuersiam; latius enim de genere quam de parte
disceptare licet, ut quod in uniuerso sit probatum id in
46 parte sit probari necesse; — haec igitur quaestio a propriis
personis et temporibus ad uniuersi generis orationem tra-
ducta appellatur θέσις. in hac Aristoteles adulescentis non
ad philosophorum morem tenuiter disserendi, sed ad copiam
rhetorum, in utramque partem ut ornatius et uberius dici
posset, exercuit, idemque locos — sic enim appellat — quasi
argumentorum notas tradidit, unde omnis in utramque partem
15 47 traheretur oratio. faciet igitur hic noster, — non enim de-
clamatorem aliquem de ludo aut rabulam de foro, sed doctis-
simum et perfectissimum quaerimus, — ut, quoniam loci
certi traduntur, percurrat omnis, utatur aptis, generatim dicat;
ex quo emanent etiam qui communes appellantur loci. nec
uero utetur imprudenter hac copia, sed omnia expendet et
seliget; non enim semper nec in omnibus causis † ex isdem
48 argumentorum momenta sunt; iudicium igitur adhibebit nec
inueniet solum quid dicat sed etiam expendet. nihil enim est
feracius ingeniis, iis praesertim quae disciplinis exculta sunt;
sed ut segetes fecundae et uberes non solum fruges uerum
etiam herbas effundunt inimicissimas frugibus, sic interdum
ex illis locis aut leuia quaedam aut causis aliena aut non
utilia gignuntur. quorum *nisi* ab oratoris iudicio delectus
49 magnus adhibebitur, quonam modo ille in bonis haerebit et
habitabit *in* suis aut molliet dura aut occultabit quae dilui

1 sqq. Quint. III 5,15: in Oratore atque his, quos de oratore scripsit, et Topicis praecipit, ut a propriis personis atque temporibus auocemus controuersiam, quia latius dicere liceat de genere quam de specie, et quod in uniuerso probatum sit, in parte probatum esse necesse sit ‖ 10 sqq. 'non enim — quaerimus' Non. p. 60,13 sqq.

4 orationem *L* rationem *Purgold Obs. crit. p. 349* ‖ traductam *F* ‖ 8 posset *Lambinus* possit *L* ‖ 10 faciet *Gulielmius apud Gruterum* facile *L* ‖ 13 certi loci *O* ‖ 14 emanent *L* emanant *uulg.* ‖ communis *FO* quominus *P* ‖ 16 se leget *F* seleget *PO* ‖ ex isdem *L* eadem *coni. Piderit*[1] ‖ 19 iis π his *L* ‖ 21 herbas etiam *FP* ‖ 23 nisi *add. Th. Mommsen apud Jahnium post* magnus *(cf. Proleg.), post* quorum *Stangl (Blätt. f. d. bayer. Gymn. XVIII p. 258)* ‖ oratoris *F* actoris *PO* ‖ 25 in *om. L add.* β ‖ aut molliet βλ ut molliet *L*

non poterunt atque omnino opprimet, si licebit, aut abducet
animos aut aliud afferet, quod oppositum probabilius sit, quam
illud quod obstabit?

Iam uero ea quae inuenerit qua diligentia conlocabit, 50
quoniam id secundum erat de tribus! uestibula nimirum
honesta aditusque ad causam faciet illustres; cumque animos
prima aggressione occupauerit,* infirmabit excludetque con-
traria; de firmissimis alia prima ponet alia postrema, incul-
cabitque leuiora.

Atque in primis duabus dicendi partibus qualis esset
summatim breuiterque descripsimus. sed, ut ante dictum est, 16 51
in his partibus, etsi graues atque magnae sunt, minus et
artis est et laboris; cum autem et quid et quo loco dicat
inuenerit, illud est longe maximum: uidere quonam modo;
scitum est enim, quod Carneades noster dicere solebat, Cli-
tomachum eadem dicere, Charmadam autem eodem etiam
modo dicere. quodsi in philosophia tantum interest quem
ad modum dicas, ubi res spectatur, non uerba penduntur,
quid tandem in causis existimandum est, quibus totis mo-
deratur oratio? quod quidem ego, Brute, ex tuis litteris 52
sentiebam non te id sciscitari, qualem ego *in* inueniendo et
in conlocando summum esse oratorem uellem, sed id mihi
quaerere uidebare, quod genus ipsius orationis optimum iudi-
carem: rem difficilem, dii immortales, atque omnium difficil-
limam! nam cum est oratio mollis et tenera et ita flexibilis,
ut sequatur quocumque torqueas, tum et naturae uariae et
uoluntates multum inter se distantia effecerunt genera
dicendi: flumen aliis uerborum uolubilitasque cordi est, qui 53
ponunt in orationis celeritate eloquentiam; distincta alios et

5 sq. 'uestibula — faciet' Non. p. 53,11 sq.

5 nimirum *FO et in marg.* P^2 ī mirum P^1 ‖ 6 causas *O* ‖ 7 *post* occupauerit *Sauppe (Coni. Tull. p. 5) haec fere addenda esse docuit:* et perspicue breuiterque narrauerit, sua confirmabit; *Kayser addidit:* rem exponet (narrabit *adnot. crit.*) sua confirmabit, tum; *Piderit:* sua confirmabit; *Halm:* confirmabit sua ‖ 9 *post* leuiora *aliquid excidisse de peroratione censuit Sauppe l. c.* ‖ 14 quonadmodo F^1 *corr.* F^2 ‖ 16 eadem πβ ea *L* ‖ Carniadam *P* ‖ 21 sciscitari πβ scitari *L* ‖ in *om. L add.* π 27 distanter *corr.* distantia *F*

interpuncta interualla, morae respirationesque delectant: quid
potest esse tam diuersum? tamen est in utroque aliquid
excellens. elaborant alii *in* lenitate et aequabilitate et puro
quasi quodam et candido genere dicendi; ecce aliqui duri-
tatem et seueritatem quandam *in* uerbis et orationis quasi
maestitiam sequuntur; quodque paulo ante diuisimus, ut alii
graues alii tenues alii temperati uellent uideri, quot ora-
tionum genera esse diximus, totidem oratorum reperiuntur.
17 54 Et quoniam coepi iam cumulatius hoc munus augere,
quam a te postulatum est, — tibi enim tantum de orationis
genere quaerenti respondi etiam breuiter de inueniendo et
conlocando, — ne nunc quidem solum de orationis modo
dicam sed etiam de actionis: ita praetermissa pars nulla erit,
quando quidem de memoria nihil est hoc loco dicendum,
55 quae communis est multarum artium. quo modo autem di-
catur, id est in duobus: in agendo et in eloquendo; est enim
actio quasi corporis quaedam eloquentia, cum constet e uoce
atque motu. uocis mutationes totidem sunt quot animorum,
qui maxime uoce commouentur; itaque ille perfectus, quem
iam dudum nostra indicat oratio, utcumque se affectum
uideri et animum audientis moueri uolet, ita certum uocis
admouebit sonum. de quo plura dicerem, si hoc praecipiendi
tempus esset aut si tu hoc quaereres; dicerem etiam de gestu,
cum quo iunctus est uultus; quibus omnibus dici uix potest
56 quantum intersit quem ad modum utatur orator. nam et
infantes actionis dignitate eloquentiae saepe fructum tulerunt,
et diserti deformitate agendi multi infantes putati sunt; ut

13 sq. Quint. III 3,7: idem in Oratore quinque rebus constare eloquentiam dicit: in quibus postea scriptis (sc. Oratore et Partitionibus oratoriis) certior eius sententia est ‖ 16 sq. Quint. XI 3,1: actionem Cicero.. eloquentiam quandam corporis dicit ‖ 25 sq. 'nam et infantes — tulerunt' Non. p. 56,1 sq.; Iul. Vict. p. 441,1 sqq H: ut etiam secundum sententiam maximi Tullii quamquam indocta oratio laudem tamen consequatur, si optime proferatur, et quamuis optime expolita, si indecenter pronuntietur, contemptum irrisionemque mereatur

3 in *om. L add. uulg.* ‖ 4 quasi *FO* et quasi *P* ‖ 5 in *om. L add. π* ‖ 7 quod *corr.* quot *F* ‖ 9 munus *FO* minus *P* ‖ 17 cum *L* quae *coni. Ernesti* ‖ 20 utcumque *FO* utrumque P^1 utrinque P^2 ‖ 21 animi *O* ‖ 26 dignitate eloquentiae *om. Non.*

iam non sine causa Demosthenes tribuerit et primas et se-
cundas et tertias actioni; si enim eloquentia nulla sine hac,
haec autem sine eloquentia tanta est, certe plurimum in
dicendo potest. uolet igitur ille, qui eloquentiae principatum
petet, et contenta uoce atrociter dicere et summissa leniter
et inclinata uideri grauis et inflexa miserabilis; mira est 57
enim quaedam natura uocis, cuius quidem e tribus omnino
sonis, inflexo, acuto, graui, tanta sit et tam suauis uarietas
perfecta in cantibus; est autem etiam in dicendo quidam 18
cantus obscurior, non hic e Phrygia et Caria rhetorum epi-
logus paene canticum, sed ille, quem significat Demosthenes
et Aeschines, cum alter alteri obicit uocis flexiones; [dicit]
plura etiam Demosthenes, illumque saepe dicit uoce dulci
et clara fuisse. in quo illud etiam notandum mihi uidetur 58
ad studium persequendae suauitatis in uocibus: ipsa enim
natura, quasi modularetur hominum orationem, in omni
uerbo posuit acutam uocem nec una plus nec a postrema
syllaba citra tertiam; quo magis naturam ducem ad aurium
uoluptatem sequatur industria. ac uocis bonitas quidem 59
optanda est; non est enim in nobis, sed tractatio atque usus
in nobis; ergo ille princeps uariabit et mutabit: omnis
sonorum tum intendens tum remittens persequetur gradus.
idemque motu sic utetur, nihil ut supersit: in gestu status
erectus et celsus; rarus incessus nec ita longus; excursio
moderata eaque rara; nulla mollitia ceruicum, nullae argutiae

10 Quint. XI 3,60: Cicero dicit esse aliquem in oratione cantum obscuriorem ‖ 11 Quint. XI 3,58: Cicero illos ex Lycia et Caria rhetoras paene cantare in epilogis dixit; Iul. Vict. p. 443,15 sq. H: M. Tullius dixit in Phrygia et Caria turpissime rhetoras epilogos coepisse cantare ‖ 11 sqq. Dem. d. cor. §§ 259. 280. 287. 291. 308. 313; d. fals. leg. 126. 199. 337; Aesch. in Ctes. § 209 sq. cf. Iul. Vict. p. 443,13 sqq. H: hanc inflexionem uocis, quae paullo modulatior existeret, reprehendere et Aeschines et Demosthenes solent ‖ 12 'cum — flexiones' Non. p. 207,9 sq. ‖ 24 Quint. XI 3,126: Cicero rarum incessum neque ita longum probat ‖ 25 sqq. 'nullae — flexione' Quint. XI 3,122

5 petet *FO et in marg.* P^2 potest P^1 ‖ 6 inflexa *L* flexa *Schuetz* ‖ 10 Prygia P^1 *corr.* P^2 Lycia *Quint.* ‖ *post* rhetorum *Ernesti addendum esse coni.* quorum ‖ 12 flexiones *L* inflexiones *Non.* ‖ dicit *delendum esse censuit Ernesti;* dicit — fuisse *seclus. Meyer* ‖ 13 dicit *cod. Laur. 50,1* dicat *L* ‖ 17 nec a *F* nec ea *P* nec ea *O*

digitorum, non ad numerum articulus cadens; trunco magis
toto se ipse moderans et uirili laterum flexione, brachii
60 proiectione in contentionibus, contractione in remissis. uultus
uero, qui secundum uocem plurimum potest, quantam affert
tum dignitatem tum uenustatem! in quo cum effeceris ne
quid ineptum aut uoltuosum sit, tum oculorum est quaedam
magna moderatio; nam ut imago est animi uoltus, sic in-
dices oculi; quorum et hilaritatis et uicissim tristitiae modum
res ipsae, de quibus agetur, temperabunt.
19 61 Sed iam illius perfecti oratoris et summae eloquentiae
species exprimenda est. quem hoc uno excellere, id est
oratione, cetera in eo latere indicat nomen ipsum; non enim
inuentor aut compositor aut actor haec complexus est omnia,
sed *qui* et Graece ab eloquendo ῥήτωρ et Latine eloquens
dictus est; ceterarum enim rerum, quae sunt in oratore,
partem aliquam sibi quisque uindicat, dicendi autem, id est
62 eloquendi, maxima uis soli huic conceditur. quamquam enim
et philosophi quidam ornate locuti sunt, — si quidem et
Theophrastus *a* diuinitate loquendi nomen inuenit et Aristo-
teles Isocraten ipsum lacessiuit et Xenophontis uoce Musas
quasi locutas ferunt et longe omnium quicumque scripserunt
aut locuti sunt exstitit [et] grauitate princeps Plato, —
tamen horum oratio neque neruos neque aculeos oratorios
63 ac forenses habet: loquuntur cum doctis, quorum sedare
animos malunt quam incitare, et de rebus placatis ac minime

2 'se ipse — flexione' Non. p. 207,10 sq. ‖ 5 sq. 'in quo — uoltuosum' Non. p. 188,18 sq. ‖ 19 sqq. 'et Aristoteles — ferunt' Non. p. 133,29 sqq. ‖ 20 sq. Quint. X 1,33: quamquam (M. Tullius) . . huius (Xenophontis) ore Musas esse locutas existimet

2 se ipse *L* ipse se *Non.* ‖ et *L* ex *Non.* ‖ flexione *L et Quint. et Non.* inflexione *Piderit coll. d. or. III 220* ‖ 6 aut uoltuosum sit *L* sit aut uultuosum *Non.* ‖ 7 iudices *O* ‖ 10 oratoris *FO et in marg.* P^2 orationis P^1 ‖ 11 id est oratione *L seclus. Schuetz* ‖ 14 qui *post* actor *add. Maduig Adu. crit. II p. 189; malui post* sed ‖ 18 et *L; malim* etiam ‖ quidam *πε* quidem *L* ‖ ornati *O* ‖ 19 a *om. L add. λ* ‖ 20 ipsum *L om. Non.* ‖ 21 et longe — sunt *om.* O^1 *in marg. add.* O^2 ‖ 22 et *del. uulg.; post* exstitit *in codicibus quibusdam deterioribus interpolatum est* et suauitate, *quod ex coniectura post* et grauitate *addendum esse censuit Sauppe Coni. Tull. p. 4 sq.* ‖ 25 et de *scripsi* fide *L* sic de *π*

turbulentis docendi causa non capiendi loquuntur; ut in eo
ipso quod delectationem aliquam dicendo aucupentur plus
non nullis quam necesse sit facere uideantur. ergo ab hoc
genere non difficile est hanc eloquentiam, de qua nunc agitur,
secernere; mollis est enim oratio philosophorum et umbra- 64
tilis nec sententiis nec uerbis instructa popularibus nec
uincta numeris, sed soluta liberius; nihil iratum habet, nihil
inuidum, nihil atrox, nihil miserabile, nihil astutum; casta,
uerecunda, uirgo incorrupta quodam modo. itaque sermo
potius quam oratio dicitur; quamquam enim omnis locutio
oratio est, tamen unius oratoris locutio hoc proprio signata
nomine est. sophistarum, de quibus supra dixi, magis 65
distinguenda similitudo uidetur, qui omnes eosdem uolunt
flores, quos adhibet orator in causis, persequi; sed hoc dif-
ferunt quod, cum sit iis propositum non perturbare animos,
sed placare potius nec tam persuadere quam delectare, et
apertius id faciunt quam nos et crebrius, concinnas magis
sententias exquirunt quam probabiles, a re saepe discedunt,
intexunt fabulas, uerba apertius transferunt eaque ita dis-
ponunt ut pictores uarietatem colorum, paria paribus referunt,
aduersa contrariis, saepissimeque similiter extrema definiunt.
huic generi historia finitima est; in qua et narratur ornate 20 66
et regio saepe aut pugna describitur, interponuntur etiam
contiones et hortationes; sed in his tracta quaedam et fluens
expetitur, non haec contorta et acris oratio. ab his non multo
secus quam a poetis haec eloquentia, quam quaerimus, seuo-
canda est; nam etiam poetae quaestionem attulerunt, quid-
nam esset illud, quo ipsi differrent ab oratoribus: numero
maxime uidebantur antea et uersu, nunc apud oratores iam

8 sq. 'casta — incorrupta' Non. p. 459,28 sq. ‖ 10 sq. 'quamquam — oratio est' Non. p. 281,12 sq. ‖ 27 sqq. 'nam — (§ 67) dissimile sermonis' Rufin. p. 573,8 sqq. K

1 loquuntur *secludendum esse coni. Schuetz* ‖ 6 popularibus *πβ* popularis *L* ‖ 7 uincta *πε* iuncta *L* ‖ 8 miserabile ε^2 mirabile *L, quod probauit Goeller* ‖ 11 oratoris *cod. Laur. 50,1* orationis *L* ‖ 15 iis *P* his *FO* ‖ perturbare *FO*P^2 perturbarunt P^1 ‖ 19 apertius *L* audacius *Schuetz coll. § 202* ‖ 21 diffiniunt *O* ‖ 22 narrantur P^1 *corr.* P^2 ‖ 28 quo *F* quod *PO* ‖ defferrent *P* ‖ 29 antea uidebantur *O* ‖ iam *L et cod. Rufin. A* etiam *cod. Rufin. B*

67 ipse numerus increbruit; quicquid est enim, quod sub aurium mensuram aliquam cadit, etiam si abest a uersu, — nam id quidem orationis est uitium, — numerus uocatur, qui Graece ῥυθμὸς dicitur. itaque uideo uisum esse non nullis Platonis et Democriti locutionem, etsi absit a uersu, tamen, quod incitatius feratur et clarissimis uerborum luminibus utatur, potius poema putandum quam comicorum poetarum; apud quos, nisi quod uersiculi sunt, nihil est aliud cotidiani dissimile sermonis. nec tamen id est poetae maximum; etsi est eo laudabilior quod uirtutes oratoris persequitur, cum
68 uersu sit astrictior; ego autem, etiam si quorundam grandis et ornata uox est poetarum, tamen in ea cum licentiam statuo maiorem esse quam in nobis faciendorum iungendorumque uerborum, tum etiam non nullorum uoluntati uocibus magis quam rebus inseruiunt; nec uero, si quid est unum inter eos simile, — id autem est iudicium electioque uerborum, — propterea ceterarum rerum dissimilitudo intellegi non potest; sed id nec dubium est et, si quid habet quaestionis, hoc tamen ipsum ad id quod propositum est non est necessarium. seiunctus igitur orator a philosophorum eloquentia, a sophistarum, ab historicorum, a poetarum explicandus est nobis qualis futurus sit.

21
69 Erit igitur eloquens — hunc enim auctore Antonio quaerimus — is qui in foro causisque ciuilibus ita dicet, ut probet, ut delectet, ut flectat: probare necessitatis est, delectare suauitatis, flectere uictoriae; nam id unum ex omnibus ad optinendas causas potest plurimum. sed quot officia oratoris, tot sunt genera dicendi: subtile in probando,

3 sq. cf. Quint. IX 4,54: sunt numeri ῥυθμοί, ut (Cicero) constituit ‖ 27 sqq. 'quot officia — (§ 71) audiunt' Iul. Victor p. 439,3 sqq H

1 increbruit *L* concrebruit *Rufin.* ‖ 2 cadit *L et Rufin.* cadat *Wesenberg Emend. Tusc. II p. 22* ‖ 3 quidem *FO* quod *P* ‖ orationis est uitium *L* uitium orationis est *Rufin.* ‖ 4 rithmos *F* rythmos *PO* ‖ 6 incitatius F^2 incitatus POF^1 ‖ 9 dissimele P^1 *corr.* P^2 ‖ 14 uoluntati *L* uoluptati *cod. Laur. 50,1* uoluntate *Sauppe Coni. Tull. p. 11 sq.* ‖ 15 inseruiunt *cod. Laur. 50,1* inseruiant *L* ‖ 24 queremus O^1 *in marg. corr.* O^2 ‖ 25 delectat P^1 *corr.* P^2 ‖ 27 quod F^1 *corr.* F^2 ‖ 28 oratoris *Iul. Vict.* orationis *L* ‖ sunt *L om. Iul. Vict.* ‖ subtile *L* ut sit subtile *Iul. Vict.*

modicum in delectando, uehemens in flectendo; in quo uno uis omnis oratoris est. magni igitur iudicii, summae etiam 70
facultatis esse debebit moderator ille et quasi temperator huius tripertitae uarietatis; nam et iudicabit quid cuique opus sit et poterit quocumque modo postulabit causa dicere. sed est eloquentiae sicut reliquarum rerum fundamentum sapientia. ut enim in uita sic in oratione nihil est difficilius, quam quid deceat uidere: πρέπον appellant hoc Graeci, nos dicamus sane decorum; de quo praeclare et multa praecipiuntur, et res est cognitione dignissima; huius ignoratione non modo in uita sed saepissime et in poematis et in oratione peccatur. est autem quid deceat oratori uidendum 71
non in sententiis solum sed etiam in uerbis; non enim omnis fortuna, non omnis honos, non omnis auctoritas, non omnis aetas nec uero locus aut tempus aut auditor omnis eodem aut uerborum genere tractandus est aut sententiarum, semperque in omni parte orationis ut uitae quid deceat est considerandum; quod et in re, de qua agitur, positum est et in personis et eorum qui dicunt et eorum qui audiunt. itaque hunc locum longe et late patentem philosophi 72
solent in officiis tractare, — non cum de recto ipso disputant; nam id quidem unum est, — grammatici in poetis, eloquentes in omni et genere et parte causarum. quam enim indecorum est, de stillicidiis cum apud unum iudicem dicas, amplissimis uerbis et locis uti communibus, de maiestate populi Romani summisse et subtiliter *dicere!* hi genere toto, at persona alii peccant aut sua 22

11 'poematis' Charis. p. 141,32 ‖ 13 sqq. Quint. XI 1,4: 'non omni causae . . congruere orationis unum genus' (= de or. III 210); nec fere pluribus in Oratore eadem

2 oratoris FOP^2 creatoris P^1 ‖ 3 debebit *L* debet *Iul. Vict.* ‖ 4 tripartitae *PO* ‖ quid cuique *L* quodcunque *Iul. Vict.* ‖ 5 causa postulabit *Iul. Vict.* ‖ 9 dicamus *L* dicimus *Iul. Vict.* ‖ praeclare et multa *L et Iul. Vict.* multa et praeclare *coni. Goeller, cf. Proleg.* ‖ 11 saepissime et in *L* in *om. Iul. Vict.* ‖ poematis FOP^1 al. poemate *superscr.* P^2 ‖ 13 enim *om. Iul. Vict.* ‖ 14 aucturitas P^1 *corr.* P^2 ‖ 17 uitae *F* uitet PO^1 uite *in marg.* O^2 ‖ 19 personis et eorum *L* et *om. Iul. Vict.* ‖ qui dicunt *L* qui loquuntur *Iul. Vict.* ‖ et eorum *L* et in eorum *Iul. Vict.* ‖ 27 dicere *hic addendum esse suspicatus est Lambinus; malim post* Romani ‖ hi *scripsi* hic *L*

aut iudicum aut etiam aduersariorum, nec re solum sed
saepe uerbo: etsi sine re nulla uis uerbi est, tamen
eadem res saepe aut probatur aut reicitur alio atque alio
73 elata uerbo. in omnibusque rebus uidendum est quatenus;
etsi enim suus cuique modus est, tamen magis offendit
nimium quam parum; in quo Apelles pictores quoque eos
peccare dicebat qui non sentirent quid esset satis. magnus
est locus hic, Brute, quod te non fugit, et magnum uolumen
aliud desiderat; sed ad id quod agitur illud satis: cum hoc
decere, quod semper usurpamus in omnibus dictis et factis,
minimis et maximis, cum hoc, inquam, decere dicamus, illud
non decere, et id usquequaque quantum sit appareat in
alioque ponatur aliudque totum sit, utrum decere an oportere
74 dicas, — oportere enim perfectionem declarat officii, quo et
semper utendum est et omnibus, decere quasi aptum esse
consentaneumque tempori et personae; quod cum in factis
saepissime tum in dictis ualet, in uultu denique et gestu et
incessu, contraque item dedecere; quod si poeta fugit ut
maximum uitium, qui peccat etiam, cum probam orationem
affingit improbo stultoue sapientem, si denique pictor ille
uidit, cum immolanda Iphigenia tristis Calchas esset, tristior
Vlixes, maereret Menelaus, obuoluendum caput Agamemnonis
esse, quoniam summum illum luctum penicillo non posset
imitari, si denique histrio quid deceat quaerit: quid facien-
dum oratori putemus? — sed cum hoc tantum sit, quid in
causis earumque quasi membris faciat orator uiderit: illud
quidem perspicuum est non modo partis orationis sed etiam
causas totas alias alia forma dicendi esse tractandas.

---

7 sqq. Quint. XI 1,5: Cicero adloquens Brutum testatur esse haec ei nota ideoque breuius a se dici, quamquam sit fusus locus tractetur que a philosophis latius

---

4 quatinus F^1 *corr.* F^2 ‖ 5 cuique suus *O* ‖ tamen *PO* tam *F* ‖ 6 Appelles *L* ‖ 8 est λ esset *L* ‖ 11 decere *PO* dicere *F* ‖ dicamus *Ernesti* dicimus *L* ‖ 19 probam *L* probi *cod. Vit.* ‖ 20 sapientem *scripsi* sapientis *L* ‖ denique *L* deinde *coni. Ernesti* ‖ 21 immolanda *FO* imolanda *P* in imolanda *cod. Vit.* ‖ tristior *coni. Sauppe (Coni. Tull p. 11) ex Quint. II 13,13* maestior *L* ‖ 22 Agamenonis *PO* ‖ 23 penicello *P* ‖ posse *O* ‖ 28 alias *om. P*

Sequitur ut cuiusque generis nota quaeratur et formula: 23 75
magnum opus et arduum, ut saepe iam diximus; sed in-
gredientibus considerandum fuit quid ageremus, nunc quidem
iam quocumque feremur danda nimirum uela sunt. ac primum
informandus est ille nobis, quem solum quidam uocant Atticum:
summissus est et humilis, consuetudinem imitans, ab indisertis 76
re plus quam opinione differens. itaque eum qui audiunt,
quamuis ipsi infantes sint, tamen illo modo confidunt se
posse dicere; nam orationis subtilitas imitabilis illa quidem
uidetur esse existimanti, sed nihil est experienti minus; etsi
enim non plurimi sanguinis est, habeat tamen sucum aliquem
oportet, ut, etiam si illis maximis uiribus careat, sit, ut ita
dicam, integra ualetudine. primum igitur eum tanquam e 77
uinculis numerorum eximamus; sunt enim quidam, ut scis,
oratori numeri, de quibus mox agemus, obseruandi ratione
quadam, sed alio in genere orationis, in hoc omnino relin-
quendi: solutum quiddam sit nec uagum tamen, ut ingredi
libere, non ut licenter uideatur errare. uerba etiam uerbis
quasi coagmentare neglegat; habet enim ille tanquam hiatus
et concursus uocalium molle quiddam et quod indicet non
ingratam neglegentiam de re hominis magis quam de uerbis
laborantis. sed erit uidendum de reliquis, cum haec duo ei 78

---

§§ 76 — 87 cf. Iul. Vict. p. 438,9 sqq. H: in genere tenui communis consuetudo sermonis imitanda est, ab indisertis re (re *om. cod.*) plus quam opinione differens. itaque qui audiunt, quamuis sint infantes, tamen illo modo confidunt se posse dicere, sed nihil est experienti minus possibile. hoc genus non sit sane (suae *cod.*) nimis expolitum structura, nec (ne *cod.*) tamen nimis solutum. uerum callidus non ingratam quandam neglegentiam simulabit (simulat *cod.*) magis de re hominis quam de uerbis laborantis. sint (sunt *cod*) acutae crebraeque sententiae. non sequatur illa (sequantur illas *cod.*) similiter conclusa et paria paribus reddita et cetera, quae sunt quaesitae uenustatis. utatur autem uerbis quam usitatissimis (usitatis *cod.*), translationibus quam mollissimis. nec faciet rem publicam loquentem, nec ab inferis mortuos excitabit, nec aceruatim multa frequentans una conplexione deuinciet. erit enim, ut uoce, sic etiam oratione suppressior. aspergantur, si opportune possunt, etiam sales ‖ 19 sqq. 'habet ille — laborantis' Quint. IX 4,37; 'habet hiatus ille — laborantis' Iul. Vict. p. 432,35 sqq. H

---

1 queratur *FO* ‖ 9 imitabilis *FO* mirabilis *P* ‖ 20 et concursus *Quint. et Iul. Vict.* concursu (*om.* et) *L*

liberiora fuerint, circuitus conglutinatioque uerborum; illa
enim ipsa contracta et minuta non neglegenter tractanda
sunt, sed quaedam etiam neglegentia est diligens. nam ut
mulieres esse dicuntur non nullae inornatae, quas id ipsum
deceat, sic haec subtilis oratio etiam incompta delectat; fit
enim quiddam in utroque, quo sit uenustius, sed non ut
appareat. tum remouebitur omnis insignis ornatus quasi
79 margaritarum, ne calamistri quidem adhibebuntur, fucati
uero medicamenta candoris et ruboris omnia repellentur;
elegantia modo et munditia remanebit. sermo purus erit et
Latinus, dilucide planeque dicetur, quid deceat circum-
24 spicietur; unum aberit, quod quartum numerat Theophrastus
in orationis laudibus: ornatum illud suaue et afluens. acutae
crebraeque sententiae ponentur et nescio unde ex abdito erutae,
idque in hoc oratore dominabitur; uerecundus erit usus
80 oratoriae quasi supellectilis. supellex est enim quodam modo
nostra, quae est in ornamentis, alia rerum alia uerborum;
ornatus autem *uerborum* duplex, unus simplicium, alter collo-
catorum: simplex probatur in propriis usitatisque uerbis,
quod aut optime sonat aut rem maxime explanat; in
alienis aut translatum et factum aliunde ut mutuo, aut
factum ab ipso et nouum, aut priscum et inusitatum; sed
etiam inusitata ac prisca sunt in propriis, nisi quod raro
81 utimur; collocata autem uerba habent ornatum, si aliquid
concinnitatis efficiunt, quod uerbis mutatis non maneat
manente sententia; nam sententiarum ornamenta, quae per-
manent, etiam si uerba mutaueris, sunt illa quidem permulta,
sed quae emineant pauciora. ergo ille tenuis orator, modo

7 sq. 'remouebitur — adhibebuntur' Non. p. 546,13 sqq. || 8 Charis. p. 80,11: calamistros Cicero in Oratore masculine dixit || 15 sq. 'uerecundus — supellex' Non. p. 177,11 sq.

1 congluctinatioque *P* || 4 quas id *F* quasi id *PO* || 6 quidam *P* || 8 ne *L* nec *Non.* || adhibuntur F^1 *in marg. corr.* F^2 || 13 affluens *L* || 15 idque *Moser apud Orellium et Baiterum* atque *L cf. Proleg.* || 16 oratori et quasi *Non.* || 18 uerborum *om. L add.* β || 20 sonat *L* sonant ε || explanat *L* explanant ε || 21 et factum *Schuetz* aut factum *L* et sumtum *Lambinus* || mutuo *L* mutuum *Lambinus* || 22 et nouum *Schuetz* aut nouum *L* ut nouum *Lambinus* || inusitatum *cod. Laur. 50,1* usitatum *L* || 23 inusitata *cod. Laur. 50,1* usitata *L* || 25 concinnatatis *P*

sit elegans, nec in faciendis uerbis erit audax et in trans-
ferendis uerecundus et parcus et in priscis reliquisque orna-
mentis et uerborum et sententiarum demissior; *ea* tralatione
fortasse crebrior qua frequentissime sermo omnis utitur non
modo urbanorum sed etiam rusticorum, si quidem est eorum
gemmare uites, † scire agros, laetas esse segetes,
luxuriosa frumenta: nihil horum parum audacter, sed aut 82
simile est illi unde transferas, aut, si res suum nullum habet
nomen, docendi causa sumptum non ludendi uidetur. hoc
ornamento liberius paulo quam ceteris utetur hic summissus,
nec tam licenter tamen, quam si genere dicendi uteretur
amplissimo; itaque illud indecorum, quod quale sit ex decoro 25
debet intellegi, hic quoque apparet, cum uerbum aliquod altius
transfertur idque in oratione humili ponitur quod idem in
alia deceret. illam autem concinnitatem, quae uerborum 83
conlocationem inluminat iis luminibus quae Graeci quasi
aliquos gestus orationis σχήματα appellant, quod idem uerbum
ab iis etiam in sententiarum ornamenta transfertur, adhibebit
quidem hic subtilis, quem nisi quod solum ceteroqui recte
quidam uocant Atticum, sed paulo parcius; nam sic ut in
epularum apparatu *a* magnificentia recedens non se parcum
solum sed etiam elegantem uideri uolet eliget*que* quibus
utatur; sunt enim pleraque apta huius ipsius oratoris, de quo 84
loquor, parsimoniae. nam illa, de quibus ante dixi, huic acuto
fugienda sunt: paria paribus relata et similiter conclusa
eodemque pacto cadentia et immutatione litterae [quasi]
quaesitae uenustates, ne elaborata concinnitas et quoddam
aucupium delectationis manifesto deprehensum appareat;

6 sq. 'gemmare — frumenta' Non. p. 340,4 sq.

2 et in *L* et *seclus. Riuius, cf. Proleg.* || 3 ea *addidi, cf. Proleg.* || 6 scire $F^1 P^1 O^1$ sitire *in marg.* F^2 *et Non.* al. lasciuire *in marg.* $P^2 O^2$ || esse *L om. Non.* || segetis *Non.* || 13 apparetet *F* || 15 alia *L* alta *Manutius* || diceret *P* || 16 iis π his *L* || 17 schaemata *F* schaemata *P* scemata *O* || 18 hiis ε his *L* || adhibebit *Bake* adhibet *L* || 19 hic quidem *cod. Vit.* || ceteroqui *scripsi* ceteroquin *cod. Laur. 50,1* ceteroque *L* || 20 sic βλ si *L* || a *om. L add.* βλ || 22 eligetque *Lambinus* eliget *L* et eliget *Bake* || 23 pleraque *P* plaeraeque *F* plereque *O* || apta *Lambinus* aptae *L* || 26 quasi *L seclus. Lambinus; post* (27) quoddam *reponebat Schuetz* || 27 uenustatis F^1 *corr.* F^2 || ne *FO* nec *P*

85 itemque, si quae uerborum iterationes contentionem aliquam et clamorem requirent, erunt ab hac summissione orationis alienae; ceteris promiscue poterit uti, continuationem uerborum modo relaxet et diuidat utaturque uerbis quam usitatissimis, tralationibus quam mollissimis. etiam illa sententiarum lumina adsumat, quae non erunt uehementer inlustria: non faciet rem publicam loquentem nec ab inferis mortuos excitabit nec aceruatim multa frequentans una complexione deuinciet; ualentiorum haec laterum sunt nec ab hoc, quem informamus, aut exspectanda aut postulanda; erit enim ut uoce sic etiam 86 oratione suppressior; sed pleraque ex illis conuenient etiam huic tenuitati, quamquam isdem ornamentis utetur horridius; talem enim inducimus. accedit actio non tragica nec scaenae, sed modica iactatione corporis, uultu tamen multa conficiens; non hoc, quo dicuntur os ducere, sed illo, quo significant 26 87 ingenue quo sensu quidque pronuntient. huic generi orationis aspergentur etiam sales, qui in dicendo nimium quantum ualent; quorum duo genera sunt, unum facetiarum, alterum

9 Quint. IX 2,29: maiorum, ut Cicero existimat, laterum ‖ 17 sqq. cf. Iul. Vict. p. 428,14 sqq. H: sales etiam in dicendo nimium quantum ualent, uel quod ipsa hilaritas beneuolentiam conciliat, per quem excitata est, uel quod frangit aduersarium . . ridiculorum autem cum duo genera sint, unum facetiarum, alterum dicacitatis, utetur utroque orator: sed altero, id est facetiarum, quod idem etiam cauillatio dicitur, cum narratur aliquid uenuste ad risum commouendum, ut Marcus Tullius de Caepasiis fratribus . . alterum uero, id est dicacitatis, quod est breue aliquod et circumcisum dictum, urbanius ad risum commouendum. id magnae debet esse cautionis, ut nec nimis frequens sit, ne (nec *cod.*) scurrile uideatur, nec subobscenum, ne (nec *cod.*) mimicum, nec petulans, ne (nec *cod.*) inprobum, nec in calamitatem, ne (nec *cod.*) inhumanum, nec in facinus, ne (nec *cod.*) odii locum risus occupet: et quod maxime fugiendum est, quia est ineptissimum, ne aut suae personae aut iudicis aut ceterorum aut tempori aut loco aut rei minus accommodatus iocus et parum oportunus existimetur. ualde etiam frigidum erit ridiculum, si quaesitum et non repente enatum intellegatur. parcendum amicis, qui sint e dignitatibus audientibus kari, uitandae insanabiles contumeliae, tantummodo aduersarii figendi, nec tamen semper nec omnes nec omni modo

6 adsumat *L* assumet *Lambinus* ‖ 10 expostulanda *P* ‖ ut *FO* in *P* ‖ 13 accedit *L* accedet *Lambinus* ‖ 15 ducuntur *FO*P^2 ducimur P^1 al. dicuntur *in marg.* P^2 ‖ 17 quantum sit *P* ‖ 18 unum *om.* P^1 *in marg. add.* P^2 ‖ alterum *FP*O^1 al. altero *in marg.* O^2

dicacitatis: utetur utroque, sed altero in narrando aliquid uenuste, altero in iaciendo mittendoque ridiculo, cuius genera plura sunt; sed nunc aliud agimus. illud admonemus tamen 88 ridiculo sic usurum oratorem, ut nec nimis frequenti, ne scurrile sit, nec subobsceno, ne mimicum, nec petulanti, ne improbum, nec in calamitatem, ne inhumanum, nec in facinus, ne odii locum risus occupet, neque aut sua persona aut iudicum aut tempore alienum; haec enim ad illud indecorum referuntur. uitabit etiam quaesita nec ex tempore 89 ficta, sed domo allata, quae plerumque sunt frigida; parcet et amicitiis et dignitatibus, uitabit insanabilis contumelias; tantum modo aduersarios figet nec eos tamen semper nec omnis nec omni modo; quibus exceptis sic utetur sale et facetiis, ut ego ex istis nouis Atticis talem cognouerim neminem, cum id certe sit uel maxime Atticum. hanc ego 90 iudico formam summissi oratoris, sed magni tamen et germani Attici, quoniam, quicquid est salsum aut salubre in oratione, id proprium Atticorum est. e quibus tamen non omnes faceti: Lysias satis et Hyperides, Demades praeter ceteros fertur, Demosthenes minus habetur; quo quidem mihi nihil uidetur urbanius, sed non tam dicax fuit quam facetus; est autem illud acrioris ingenii, hoc maioris artis.

Uberius est aliud aliquantoque robustius quam hoc 91 humile, de quo dictum est, summissius autem quam illud, de quo iam dicetur, amplissimum. hoc in genere neruorum uel minimum, suauitatis autem est uel plurimum; est enim

1 sq. Quint. VI 3,42: in narrando Cicero consistere facetias putat, dicacitatem in iaciendo ‖ 4 sqq. 'ridiculo — improbum' Non. p. 177,14 sqq. ‖ 17 sq. Quint. VI 3,18: Cicero omne quod salsum sit ait esse Atticorum

2 altero P^2 alterum *FO*P^1 ‖ iaciendo *L* faciendo *codd. Quint. sed* f *in ras. cod. A* ‖ mittendoque *L* remittendoque *Schuetz* ‖ 4 nec scurrile *PO* nec scurrilis *Non.* ‖ 5 sub osceno *FP* ‖ ne mimicum *Non.* nec mimicum *Iul. Vict.* ne (neç *P*) inimicum *L* ‖ 6 humanū F^1 in *superscr.* F^2 ‖ 9 ex *cod. Laur. 50,1* e *F om. PO* ‖ 14 Atticis *FO* actitis *P* ‖ 15 cum *FO*P^2 ut P^1 ‖ 19 Hypericles *O* ‖ 23 *a uerbis* toque robustius *incipit cod. Abrincensis* ‖ 25 neruorum *L* uerborum *A* ‖ 26 suauitatis *LA* sanguinis *Schuetz* ‖ autem est *L* autem si (*corruptum scilicet ex* autemst) *A*

plenius quam hoc enucleatum, quam autem illud ornatum
27 92 copiosumque summissius; huic omnia dicendi ornamenta
conueniunt, plurimumque est in hac orationis forma suauitatis.
in qua multi floruerunt apud Graecos, sed Phalereus Demetrius
meo iudicio praestitit ceteris; cuius oratio cum sedate placide-
que labitur, tum inlustrant eam quasi stellae quaedam tralata
uerba atque immutata. tralata dico, ut saepe iam, quae per
similitudinem ab alia re aut suauitatis aut inopiae causa
transferuntur; mutata, in quibus pro uerbo proprio subicitur
aliud, quod idem significet, sumptum ex re aliqua consequenti.
93 quod quamquam transferendo fit, tamen alio modo transtulit
cum dixit Ennius arce et urbe orbam, [alio modo, si pro
patria arcem dixisset,] et horridam Africam terribili
tremere tumultu, [cum dicit pro Afris immutate Africam]:
hanc ὑπαλλαγήν rhetores, quia quasi summutantur uerba pro
uerbis, μετωνυμίαν grammatici uocant, quod nomina trans-
94 feruntur; Aristoteles autem tralationi et haec ipsa subiungit
et abusionem, quam κατάχρησιν uocant, ut cum minutum

---

§ 92—96 cf. Iul. Vict. p. 438,22 sqq. H: medio generi dicendi omnia ornamenta conueniunt, plurimum suauitatis, multum sententiarum, latae (laetae *cod.*) eruditaeque disputationes, et communes loci sine contentione dicentur. hoc solum totum genus e (est *cod.*) sophistarum fonte defluxit (defluxum *cod.*) in forum, sed spretum a subtilibus, repulsum a grauibus in ea de (demum *cod.*) qua loquor mediocritate consedit ‖ 4 Quint. X 1,80: (Phalerea Demetrium) in illo medio genere dicendi praefert omnibus Cicero ‖ 12 cf. Ribb. Trag.^{2} 77 (114 V) ‖ 13 sq. cf. Ann. 311 V ‖ 15 Quint. VIII 6,23: (metonymian,) ut ait Cicero, hypallagen rhetores dicunt ‖ 18 cf. Mart. Cap. lib. d. rhet. p. 474,11 sq. H: hunc tropum metonymian grammatici memorarunt (nominarunt *cod. R*), catachresin etiam Graeci, quam nos abusionem dicimus

---

3 orationis *L* ornamenti *A* ‖ 4 Phalareus *P* ‖ 6 labitur *Purgold* loquitur *L* liquitur *A* ‖ illustrent *A* ‖ 7 mutata *A* ‖ dico *POA* ea dico *F* ‖ 8 ad aliam rem *PO* ‖ 9 traferuntur *A* ‖ mutata *LA* immutata *Schuetz* ‖ proprio *L om. A* ‖ 11 traferundo *A* ‖ 12 cum *L* quod *A* ‖ dixit *LA* dicit *cod. Vit.* ‖ arcem et urbem orbas *L* arcent urbē orbā *A cf. Proleg.* ‖ si *om. P* si — et *seclus. Goeller; malui* alio — dixisset ‖ 14 tumultu *FPA et in marg.* O^2 uultu O^1 ‖ cum — Africam *seclus. Halm* ‖ immutate *A* immutat *L* ‖ 15 ypalagen *P* ypalagem *O* ‖ summutantur *L* sumunt tantū *A* ‖ 16 Metunūmian *A* ‖ tranferuntur *F* traferuntur *A* ‖ 17 tralationē (i *suprascr.*) *A* ‖ et *A om. L* ‖ 18 catrachresin *P* qua charesin *A* ‖ uocat *A*

dicimus animum pro paruo; et abutimur uerbis propinquis,
si opus est uel quod delectat uel quod decet. iam cum
fluxerunt continuae plures tralationes, alia plane fit oratio;
itaque genus hoc Graeci appellant ἀλληγορίαν: nomine recte,
genere melius ille, qui ista omnia tralationes uocat. haec
frequentat Phalereus maxime, suntque dulcissima; et quamquam
tralatio est apud eum multa, tamen immutationes nusquam
crebriores. in idem genus orationis — loquor enim de illa 95
modica ac temperata — uerborum cadunt lumina omnia,
multa etiam sententiarum; latae eruditaeque disputationes ab
eodem explicabuntur et loci communes sine contentione
dicentur. quid multa? e philosophorum scholis tales fere
euadunt; et nisi coram erit comparatus ille fortior, per se
hic, quem dico, probabitur. est enim quoddam etiam insigne 96
et † florens orationis pictum et expolitum genus, in quo omnes
uerborum, omnes sententiarum inligantur lepores: hoc totum
e sophistarum fontibus defluxit in forum, sed spretum a
subtilibus, repulsum a grauibus, in ea de qua loquor medio-
critate consedit.

Tertius est ille amplus copiosus, grauis ornatus, in quo 28 97
profecto uis maxima est. hic est enim, cuius ornatum dicendi

---

§ 97—99 cf. Iul. Vict. p. 438,27 sqq. H: tertia est uehemens forma dicendi, quae cursu magno fertur et sonitu, tragica quadam et excelsa sublimitate dicendi, et hoc a superioribus uel maxime differens, quod illa minime (optime *cod.*) uersantur in lubrico et, si semel constiterint, numquam cadunt nec extimescunt ancipites dicendi incertosque casus: at uero hic grauis, acer, ardens et in periculum praeceps est, et si hoc solum possit quod profitetur, uix satis sanus uideri solet. debet ergo tranquille, ut ille medius, debet et subtiliter, ut ille primus, debet et uehementer, quod ei est proprium, id est granditer dicere: praesertim cum causae partim totae (tutae *cod.*) sint eo modo partim aliter tractandae

---

2 quo delectat F^1 *corr.* F^2 ‖ decet *A* licet *L* ‖ 3 continue *FO* continuo *A* ‖ alia *L* alta *A* ‖ 5 qui *om.* P^1 *in marg. add.* P^2 ‖ 6 Phalareus *P* ‖ maximeque (*om.* sunt) *A* ‖ dulcissimae *P* ‖ quamquam *L* quam *A* ‖ 7 multae *A* ‖ mutationes *P* ‖ nusquam *L* unius quam *A* ‖ 10 multae *F* multe *O* ‖ late *O*P^1 *corr.* P^2 ‖ eruditeque P^1 eruditęquę P^2 ‖ ab *L* at *A* ‖ 11 explicantur *L* ‖ 12 dicuntur *L* ‖ 13 euaden *sequente spatio quattuor litterarum A* ‖ 14 quem *L* quod *A* ‖ 15 florens *LA, quod haud scio an corruptum sit ex* floribus, *cf. § 65* ‖ omnis *A* ‖ 16 illigatarum *A* ‖ 20 amplius *A* ‖ 21 ornatūs *A*

et copiam admiratae gentes eloquentiam in ciuitatibus plurimum
ualere passae sunt, sed hanc eloquentiam, quae cursu magno so-
nituque ferretur, quam suspicerent omnes, quam admirarentur,
quam se assequi posse diffiderent. huius eloquentiae est tractare
animos, huius omni modo permouere; haec modo perfringit,
modo inrepit in sensus; inserit nouas opiniones, euellit
98 insitas. sed multum interest inter hoc dicendi genus et
superiora. qui in illo subtili et acuto elaborauit, ut callide
arguteque diceret, nec quicquam altius cogitauit, hoc uno
perfecto magnus orator est, si non maximus, minimeque in
lubrico uersabitur et, si semel constiterit, nunquam cadet;
medius ille autem, quem modicum et temperatum uoco, si
modo suum illud satis instruxerit, non extimescet ancipites
dicendi incertosque casus: etiam si quando minus succedet,
ut saepe fit, magnum tamen periculum non adibit; alte enim
99 cadere non potest. at uero hic noster, quem principem
ponimus, grauis, acer, ardens, si ad hoc unum est natus aut
in hoc solo se exercuit aut huic generi studet uni nec suam
copiam cum illis duobus generibus temperauit, maxime est
contemnendus; ille enim summissus, quod acute et ueteratorie
dicit, sapiens iam; medius suauis; hic autem copiosissimus,
si nihil est aliud, uix satis sanus uideri solet. qui enim
nihil potest tranquille, nihil leniter, nihil partite definite,
distincte facete dicere, praesertim cum causae partim totae
sint eo modo partim aliqua ex parte tractandae, si is
non praeparatis auribus inflammare rem coepit, furere apud
sanos et quasi inter sobrios bacchari uinulentus uidetur.

100 Tenemus igitur, Brute, quem quaerimus, sed animo; nam
manu si prehendissem, ne ipse quidem sua tanta eloquentia
29 mihi persuasisset ut se dimitterem; sed inuentus profecto est 30
ille eloquens, quem nunquam uidit Antonius. quis est igitur

re
1 pluribus *A* ‖ 2 passi *A* ‖ 3 fertur *A* ‖ susciperent *A* ‖ omnes *L* *om.* *A* ‖ 4 se *om.* *P* ‖ 8 calide *P* ‖ 9 acuteque *A* ‖ nec — cogitauit *om.* *A* ‖ cogitauit *scripsi* cogitaret *L* ‖ 10 perfecto *FOP*[1] al. profecto *superscr.* *P*[2] perfectus *A* ‖ si *LA* etsi *Jahn* ‖ maximis *P* ‖ 11 uersatus *corr.* uersabitur *F* ‖ cadet *POA* uidet *F* ‖ 13 extimescit *L* ‖ ancipitis *L* ‖ 14 certosque *O* ‖ 15 adhibit *P* ‖ alte *A* aliter *L* ‖ 18 studet *L* studuit *A* ‖ 19 generibus *L* *om.* *A* ‖ 21 copiosis simus *A* ‖ 22 aliud est *A* ‖ 23 parti *F* ‖ 25 is *L* id *A* ‖ 28 nam *A* non *L* ‖ 29 prendissem *A*

is? complectar breui, disseram pluribus. is est enim eloquens,
qui et humilia subtiliter et alta grauiter et mediocria tem-
perate potest dicere. 'nemo is' inquies 'unquam fuit, nedum 101
tu *uideris*'. ne fuerit; ego enim quid desiderem, non quid
uiderim disputo redeoque ad illam Platonis de qua dixeram
rei formam et speciem, quam, etsi non cernimus, tamen
animo tenere possumus. non enim eloquentem quaero neque
quicquam mortale et caducum, sed illud ipsum, cuius qui sit
compos sit eloquens; quod nihil est aliud nisi eloquentia
ipsa, quam nullis nisi mentis oculis uidere possumus. is erit
igitur eloquens, ut idem illud iteremus, qui poterit parua
summisse, modica temperate, magna grauiter dicere. tota 102
mihi causa pro Caecina de uerbis interdicti fuit: res inuolutas
definiendo explicauimus, ius ciuile laudauimus, uerba ambigua
distinximus. fuit ornandus in Manilia lege Pompeius: tem-
perata oratione ornandi copiam persecuti sumus. ius omne
retinendae maiestatis Rabiri causa continebatur: ergo in ea
omni genere amplificationis exarsimus. at haec interdum 103
temperanda et uarianda sunt: quod igitur in accusationis
septem libris non reperitur genus, quod in Habiti, quod in
Corneli, quod in plurimis nostris defensionibus? quae exempla
selegissem, nisi uel nota esse arbitrarer uel ipsos posse
seligere qui quaererent. nulla est enim ullo in genere laus
oratoris, cuius in nostris orationibus non sit aliqua, si non
perfectio, at conatus tamen atque adumbratio: non adsequi- 104
mur, at quid sequi deceat uidemus. nec enim nunc de nobis,

1 is complectar *A* sed complectar *L* ‖ breui disseram *L* breui uidi *seq. spatio sex litterarum* *A* ‖ 2 et humilia *A* et *om.* *L* ‖ alta *A* magna *L* ‖ 3 nedum tu uideris ne fuerit] ne dūtu (dūtu *in marg.*) fueris *A* ne fuerit (*ceteris om.*) *L* uideris *addidi ex codicibus quibusdam deterioribus* ‖ 5 uiderim *om.* *P*[1] *in marg. add.* *P*[2] ‖ 8 cuius qui *L* cuiusque *A* ‖ 9 cōpositeloquens *A* ‖ 11 illud idem *PO* ‖ 13 de uerbis *L* re uera *A* ‖ interdicti *L* *om.* *A* ‖ 16 ornandi] dicendi *P*[1] *in marg. corr.* *P*[2] ‖ 17 continebitur *A* ‖ in ea omni *scripsi* in eo (*om.* omni) *A* in omni (*om.* eo) *L* ‖ 18 mallificationis *A* ‖ 21 quae *L* quaeq. *A* *fortasse* quae quidem ‖ 22 se legissem *P*[1] *coniunx.* *P*[2] ‖ ni *A* ‖ arbitrarer *L* accusarentur *A* ‖ ipsos *Beier apud Orellium* opes *in marg.* *A* *om.* *L* ‖ posse seligere *scripsi* posse eligere *L* possent legere *A* ‖ 24 oratoris *L* *om.* *A* ‖ 26 at quid *FAP*[2] at qui *P*[1] atqui *O* ‖ sequi *scripsi* siqui *A*, si qui *F* si quid *PO*

sed de re dicimus; in quo tantum abest ut nostra miremur et usque eo difficiles ac morosi sumus, ut nobis non satis faciat ipse Demosthenes; qui quamquam unus eminet inter omnes in omni genere dicendi, tamen non semper implet auris meas: ita sunt auidae et capaces et saepe aliquid
30 105 immensum infinitumque desiderant. sed tamen, quoniam et hunc tu oratorem cum eius studiosissimo Pammene, cum esses Athenis, totum diligentissime cognouisti neque eum dimittis e manibus et tamen nostra etiam lectitas, uides profecto illum multa perficere, nos multa conari, illum posse, nos uelle quocumque modo causa postulet dicere. sed ille magnus; nam et successit ipse magnis et maximos oratores habuit aequales; nos *non* minus magnum fecissemus, si quidem potuissemus quo contendimus peruenire in ea urbe in qua, ut
106 ait Antonius, auditus eloquens nemo erat. atqui si Antonio Crassus eloquens uisus non est aut sibi ipse, numquam Cotta uisus esset, numquam Sulpicius, numquam Hortensius; nihil enim ample Cotta, nihil leniter Sulpicius, non multa grauiter Hortensius; superiores magis ad omne genus apti, Crassum dico et Antonium.

Ieiunas igitur huius multiplicis et aequabiliter in omnia genera fusae orationis auris ciuitatis accepimus, easque nos primi, quicunque eramus et quantulumcunque dicebamus, ad huius generis dicendi audiendi incredibilia studia con-
107 uertimus. quantis illa clamoribus adulescentuli diximus de

3 sqq. cf. Plut. Cic. 24: (*Κικέρων φωνὴν*) *πρός τινα τῶν ἑταίρων ἔθηκεν ἐν ἐπιστολῇ γράψας, ἐνιαχοῦ τῶν λόγων ἀπονυστάζειν τὸν Δημοσθένη*; Quint. X 1,24: cum Ciceroni dormitare interim Demosthenes, Horatio uero etiam Homerus ipse uideatur; XII 1,22: quamquam neque ipsi Ciceroni Demosthenes uideatur satis esse perfectus, quem dormitare interim dicit

2 et *A* ut *L* ‖ eo *om. P* ‖ simus *L* ‖ 4 in omni *L om. A* ‖ 5 auide *A* 6 quoniam *A* quod iam *L* ‖ 7 Lammene *L* pāmani *A* ‖ 8 esset *A* ‖ neque *L* nec *A* ‖ 9 e *L* a *A* ‖ nostra] aram P^1 nostram *in marg.* P^2 ‖ 11 sed *L* nam *A* ‖ 12 ipse *O et in marg.* F^2P^2 ille AF^1 *om.* P^1 ‖ non *om. LA add.* γ ‖ minus *A. om. L* ‖ 15 ait *L om. A* ‖ 16 aut *L om. A* ‖ sibi *L* tibi *A* ‖ Cotta *A om. L* ‖ 18 cocta F^1 *in marg. corr.* F^2 ‖ 19 genus *om.* P^1 *in marg. add.* P^2 ‖ 22 fuse *A* ‖ easque nos *L* itaq. n̄ri (ba) *A* ‖ 23 primi *L om. A* ‖ eramus *L* oramus *A* ‖ 24 dicendi *L om. A* ‖ audiendi *LA seclus. Goeller* ‖ 25 de supplicio parricidarum *L om. A*

supplicio parricidarum,. quae nequaquam satis deferuisse post aliquanto sentire coepimus: 'quid enim tam commune, quam spiritus uiuis, terra mortuis, mare fluctuantibus, litus eiectis? ita uiuunt, dum possunt,. ut ducere animam de caelo non queant, ita moriuntur, ut eorum ossa terra non tangat, ita iactantur fluctibus, ut numquam adluantur, ita postremo eiciuntur, ut ne ad saxa quidem mortui conquiescant' et quae sequuntur; sunt enim omnia sic ut adulescentis non tam re et maturitate quam spe et exspectatione laudati. ab hac indole iam illa matura: 'uxor generi, nouerca filii, filiae paelex'; nec uero hic erat unus ardor in nobis, ut hoc 108
modo omnia diceremus; ipsa enim illa [pro Roscio] iuuenilis redundantia multa habet attenuata, quaedam etiam paulo hilariora, ut pro Habito, pro Cornelio compluresque aliae; nemo enim orator tam multa ne in Graeco quidem otio scripsit, quam multa sunt nostra, eaque hanc ipsam habent quam probo uarietatem. an ego Homero, Ennio, reliquis 31 109
poetis et maxime tragicis concederem ut ne omnibus locis eadem contentione uterentur crebroque mutarent, non numquam etiam ad cotidianum genus sermonis accederent: ipse nunquam ab illa acerrima contentione discederem? sed quid poetas diuino ingenio profero? histriones eos uidimus quibus nihil posset in suo genere esse praestantius, qui non solum in dissimillimis personis satis faciebant, cum tamen

1 Quint. XII 6,4: deferuisse tempore et annis liquata iam senior idem fatetur ‖ 2 sqq. p. S. Rosc. 72: 'etenim quid tam est commune' e. q. s. ‖ 11 sq. p. Cluent. 199 ‖ 13 sq. Quint XII 1,20: se ipse multa ex illa iuuenili abundantia coercuisse testatur

1 satis deferuisse *L* fatis deperiisse *A* ‖ 2 quanto OF^1P^1 ali — *in marg. add.* F^2 pro ali — *superscr.* P^2 ‖ 3 uiuis *L* ut bis *A sed corr. in marg.* ‖ fluctuantibus *codd. orat. Roscianae* fluctibus *L* eluctantibus *A* ‖ 5 non *L om. A* ‖ 6 terram non tangant *A* ‖ 7 alluantur *A* abluantur *codd. plerique or. Rosc.* ‖ 9 sic ut *L* ut *om. A* ‖ 10 laudata *A* ‖ hac *L* hac iam *A* ‖ 11 filio filia *A* ‖ 13 pro Roscio *seclus. Bake, sed cf. Proleg.* ‖ 15 ut *uel* et *coni. Lambinus* at *LA* ‖ 17 eaque *L* eaque sunt *A* ‖ 19 et *A om. L* ‖ maximis *L* ‖ 22 descenderem *F* ‖ *post* sed *in marg. add. A:* ō, *quod corruptum esse mihi uidetur ex* ēı *(i. e.* enim) ‖ 23 uidimus λ uidemus *LA* ‖ 25 dissimilissimis *A*

in suis uersarentur, sed et comoedum in tragoediis et tragoedum in comoediis admodum placere uidimus: ego non elaborem?
110 cum dico me, te, Brute, dico; nam in me quidem iam pridem effectum est quod futurum fuit; tu autem eodem modo omnis causas ages aut aliquod causarum genus repudiabis aut in eisdem causis perpetuum et eundem spiritum sine ulla commutatione optinebis? Demosthenes quidem, cuius nuper inter imagines tuas ac tuorum, quod eum credo amares, cum ad te in Tusculanum uenissem, imaginem ex aere uidi, nihil Lysiae subtilitate cedit, nihil argutiis et acumine Hyperidi, nihil leuitate Aeschini et splendore uerborum:
111 multae sunt eius totae orationes subtiles ut contra Leptinem, multae totae graues ut quaedam Philippicae, multae uariae ut contra Aeschinem falsae legationis, ut contra eundem pro causa Ctesiphontis; iam illud medium quotiens uult arripit et a grauissimo discedens eo potissimum delabitur; clamores tamen tum mouet et tum in dicendo plurimum efficit, cum
112 grauitatis locis utitur. sed ab hoc parumper abeamus, quando quidem de genere, non de homine quaerimus: rei potius, id est eloquentiae, uim et naturam explicemus; illud tamen, quod iam ante diximus, meminerimus nihil nos praecipiendi causa esse dicturos atque ita potius acturos, ut existimatores uideamur loqui, non magistri. in quo tamen longius saepe progredimur, quod uidemus non te haec solum esse lecturum, qui ea multo quam nos qui quasi docere uidemur habeas notiora; sed hunc librum, etiam si minus nostra commendatione, tuo tamen nomine diuulgari necesse est.

32 113 Esse igitur perfecte eloquentis puto non eam solum

1 in suis *L* in *om.* *A* ‖ 3 iampridie O^1 *in marg. corr.* O^2 ‖ 5 agis *A* ‖ repudiaris *A* ‖ 6 et *LA* *seclus. Schuetz* ‖ 8 ac *L* 'aut *A* ‖ credo *FA* crebro *PO* ‖ amares *L* amares (i *superscr.*) *A* ‖ 9 ex *L* *om.* *A* ‖ 10 nil (*item bis deinceps*) *A* ‖ subtilitati AP^2 suptilitate P^1 ‖ acumini *L* ‖ 11 Hyperidis *FP* Hypericlis *O* ‖ lenitate *PO* ‖ aeschinis *F* ‖ 12 totae *A* et totae *L* ‖ 14 legationes P^1 *corr.* P^2 ‖ 15 Cthesiphontis *A et* (*C in ras.*) *O* ‖ 18 grauitatis *L* grauissimis *A* ‖ ab] ad *F* ‖ hac *O* ‖ 21 iam] tam *F* ‖ nos *L* nos *superscr.* non *A* ‖ 22 existimatione *A* ‖ 23 magisterio *A* ‖ saepe *A* *om.* *L* ‖ 24 haec *L* hoc *A* ‖ 25 quasi *L* *om.* *A* ‖ docere *L* ea docere *A* ‖ uidemur *A* uideamur *L* ‖ 27 tuo]nō *O* ‖ 28 perfecte *L* persequi *A* ‖ solum *L* tam̄ *A* tantum *γ*

facultatem habere quae sit eius propria: fuse lateque dicendi, sed etiam uicinam eius ac finitimam dialecticorum scientiam adsumere. quamquam aliud uidetur oratio esse aliud disputatio, nec idem loqui esse quod dicere; ac tamen utrumque in disserendo est: disputandi ratio et loquendi dialecticorum sit, oratorum autem dicendi et ornandi. Zeno quidem ille, a quo disciplina Stoicorum est, manu demonstrare solebat quid inter has artis interesset; nam cum compresserat digitos pugnumque fecerat, dialecticam aiebat eius modi esse; cum autem diduxerat et manum dilatauerat, palmae illius similem eloquentiam esse dicebat. atque etiam ante hunc Aristoteles 114
principio artis rhetoricae dicit illam artem quasi ex altera parte respondere dialecticae, ut hoc uidelicet differant inter se, quod haec ratio dicendi latior sit, illa loquendi contractior. uolo igitur huic summo omnem quae ad dicendum trahi possit loquendi rationem esse notam; quae quidem res, quod te his artibus eruditum minime fallit, duplicem habuit docendi uiam; nam et ipse Aristoteles tradidit praecepta plurima disserendi, et postea qui dialectici dicuntur spinosiora multa pepererunt. ego eum censeo qui eloquentiae laude ducatur 115
non esse earum rerum omnino rudem, sed uel illa antiqua uel hac Chrysippi disciplina institutum: nouerit primum uim, naturam, genera uerborum et simplicium et copulatorum; deinde quot modis quidque dicatur; qua ratione uerum falsumne sit iudicetur; quid efficiatur e quoque; quid cuique consequens sit quidque contrarium; cumque ambigue multa dicentur, quo modo quidque eorum diuidi explanarique oporteat. haec tenenda sunt oratori, — saepe enim occur-

11 Rhet. I 1

1 fusae *P* ‖ 2 etiam *L* eam *A* ‖ uicinam — scientiam *om.* *A* ‖ 4 actamen *FA* attamen *PO* ‖ 5 discrendo *A* ‖ loquendi *L* eloquendi *A* ‖ 6 sit *LA*, *quod Orellio corruptum uidetur ex* dialecticorumst ‖ 10 deduxerat *A* ‖ 12 rhetorice *A* ‖ 13 dialectice F^1 *corr.* F^2 ‖ differat (n *superscr.*) *A* ‖ 16 posset *FP* ‖ 17 habuit *L* habet *A* ‖ 20 peperunt *P* ‖ ego *A* ergo *L* ‖ dicatur (u *superscr.*) *A* ‖ 22 institutus *A* ‖ 25 falsum uerum ne *A* ‖ e *A* eo *L* ‖ quod cuique *L* ‖ 26 quidque *Manutius* quid ue *A* quodque *L* ‖ 27 dicantur *A* ‖ diuidi *LA* distingui *coni. Fr. Nesemann (Zur Textkritik des Brutus und des Orator 1882 p. 10)*

runt, — sed quia sua sponte squalidiora sunt, adhibendus
33 116 erit in his explicandis quidam orationis nitor. et quoniam in omnibus, quae ratione docentur et uia, primum constituendum est quid quidque sit, — nisi enim inter eos qui disceptant conuenit quid sit illud de quo ambigitur, nec recte disseri umquam nec ad exitum perueniri potest, — explicanda est saepe uerbis mens nostra de quaque re atque inuoluta rei notitia definiendo aperienda est, si quidem est definitio oratio, quae quid sit id de quo agitur ostendit quam breuissime; tum, ut scis, explicato genere cuiusque rei uidendum est quae sint eius generis siue formae siue partes, ut in eas
117 tribuatur omnis oratio. erit igitur haec facultas in eo quem uolumus esse eloquentem, ut definire rem possit neque id faciat tam presse et anguste, quam in illis eruditissimis disputationibus fieri solet, sed cum explanatius tum etiam uberius et ad commune iudicium popularemque intellegentiam accommodatius; idemque etiam, cum res postulabit, genus uniuersum in species certas, ut nulla neque praetermittatur neque redundet, partietur ac diuidet. quando autem id faciat aut quo modo, nihil ad hoc tempus, quoniam, ut supra dixi, iudicem esse me, non doctorem uolo.

118 Nec uero a dialecticis modo sit instructus, sed habeat omnis philosophiae notos ac tractatos locos. nihil enim de religione, nihil de more, nihil de pietate, nihil de caritate patriae, nihil de bonis rebus aut malis, nihil de uirtutibus aut uitiis, nihil de officio, nihil de dolore, nihil de uoluptate, nihil de perturbationibus animi et erroribus, quae saepe

8 sq. 'definitio est oratio — breuissime' Diomed. p. 421,1 sq.; Mar. Victorin. p. 4,9 sqq.

1 quia *A* quo *F* quod *PO* ‖ 4 disceptent *L* ‖ 5 de quo *L* quod *A* ‖ 6 disseres *A* ‖ umquam nec *A* nec unquam *L* ‖ peruenire potes *A* ‖ 7 inuolutae *F* inuolute *PO*=9 quae *om.* P^1 *in marg. add.* P^2 ‖ quid *ex* quicquid *corr.* P^1 ‖ id *LA* *om. Diomed. et Mar. Victorin.* ‖ 10 genere — eius *om.* *P* ‖ 11 quae *L* que *A* ‖ ut *A* *om.* *L* ‖ 13 nec *A* ‖ 18 in *A* *om.* *L* ‖ 19 id faciat (a over ut) ut quo modo *A* aut (et *P*) quo modo id facias *L* ‖ 20 ad] ab F^1 *corr.* F^2 ‖ 22 a *A* *om.* *L* ‖ sed *L* et *A* ‖ 23 ac *A* et *L* ‖ 24 more *A* morte *L* ‖ 25 bonis rebus *A* nouis rebus *FP* rebus nouis *O* ‖ 26 officiis *A*

cadunt in causas et ieiunius aguntur, nihil, inquam, sine ea scientia quam dixi grauiter, ample, copiose dici et explicari potest. de materia loquor orationis etiam nunc, non de ipso 34 119
genere dicendi; uolo enim prius habeat orator rem, de qua dicat, dignam auribus eruditis, quam cogitet quibus uerbis quidque dicat aut quo modo. quem etiam, quo grandior sit et quodam modo excelsior, ut de Pericle dixi supra, ne physicorum quidem esse ignarum uolo: omnia profecto, cum se a caelestibus rebus referet ad humanas, excelsius magnificentiusque et dicet et sentiet; cumque illa diuina cognouerit, 120
nolo ignoret ne haec quidem humana: ius ciuile teneat, quo egent causae forenses cotidie, — quid est enim turpius, quam legitimarum et ciuilium controuersiarum patrocinia suscipere, cum sis legum et ciuilis iuris ignarus? — cognoscat etiam rerum gestarum et memoriae ueteris ordinem, maxime scilicet nostrae ciuitatis, sed etiam imperiosorum populorum et regum inlustrium; quem laborem nobis Attici nostri leuauit labor, qui conseruatis notatisque temporibus, nihil cum inlustre praetermitteret, annorum septingentorum memoriam uno libro conligauit. nescire autem quid ante quam natus sis acciderit, id est semper esse puerum; — quid enim est aetas hominis, nisi memoria rerum ueterum cum superiorum aetate contexitur? — commemoratio autem antiquitatis exemplorumque prolatio summa cum delectatione et auctoritatem orationi adfert et fidem.

Sic igitur instructus ueniet ad causas, quarum habebit 121
genera primum ipsa cognita. erit enim ei perspectum nihil ambigi posse, in quo non aut res controuersiam faciat aut uerba: res aut de uero aut de recto aut de nomine, uerba aut de ambiguo aut de contrario; nam si quando aliud in sententia uidetur esse aliud in uerbis, genus est quoddam

1 et *A* sed *L* ‖ *uerba* sed ieiunius aguntur *secludenda esse censuit Rubner (Phil. Anz. X p. 100)* ‖ inquam *L* umquam *A* ‖ 2 expli- (ri over cate) cate *A* ‖ 4 genere de ipso *L* ‖ 6 aut quo modo *L* *om.* *A* ‖ 7 ut *A* *om.* *L* ‖ perixe *A* ‖ 8 phiscorum *A* ‖ 9 refert *FP* ‖ 10 cumque *L* que *om.* *A* ‖ 11 nolo *A* nolo ne *L* ‖ 13 legiptimarum *P* ‖ 15 memoria *F* ‖ 16 etiam *A* et *L* ‖ imperisorum P^1 *corr.* P^2 ‖ 21 hominis *L* hominibus *A* ‖ 22 memoria *L* ea memoria *A* *fortasse* a memoria ‖ ueterum rerum *O* ‖ superiorum *L* superioribus *A*

ambigui, quod ex praeterito uerbo fieri solet, in quo, quod
35 122 est ambiguorum proprium, res duas significari uidemus. cum
tam pauca sint genera causarum, etiam argumentorum praecepta pauca sunt: traditi sunt e quibus ea ducantur duplices
loci, uni e rebus ipsis, alteri adsumpti. tractatio igitur
rerum efficit admirabilem orationem; nam ipsae quidem res
in perfacili cognitione uersantur. quid enim iam sequitur,
quod quidem artis sit, nisi ordiri orationem, in quo aut conciIietur auditor aut erigatur aut paret se ad discendum;
rem breuiter exponere et probabiliter et aperte, ut quid
agatur intellegi possit; sua confirmare, aduersaria euertere,
eaque efficere non perturbate, sed singulis argumentationibus ita concludendis, ut efficiatur quod sit consequens iis
quae sumentur ad quamque rem confirmandam; post omnia
perorationem inflammantem restinguentemue concludere? has
partis quem ad modum tractet singulas, difficile dictu est
123 hoc loco; nec enim semper tractantur uno modo; quoniam
autem non quem doceam quaero, sed quem probem, probabo
primum eum qui quid deceat uiderit. haec enim sapientia
maxime adhibenda eloquenti est, ut sit temporum personarumque moderator; nam nec semper nec apud omnis nec
contra omnis nec pro omnibus nec omnibus eodem modo
36 dicendum arbitror. is erit ergo eloquens, qui ad id quodcumque decebit poterit accommodare orationem; quod cum
statuerit, tum, ut quicque erit dicendum, ita dicet: nec satura
ieiune nec grandia minute nec item contra, sed erit rebus
124 ipsis par et aequalis oratio; principia uerecunda, nondum

4 sq. 'ducantur — assumpti' Non. p. 211,7 sq.

3 sint *L* sunt *A* ‖ 4 pauca sunt *L* sunt *om. A* ‖ tradita *A* ‖ ea *L* *om. A* ‖ 5 e *L* *om. A* ‖ adsunti *F* assumptis *Non.* ‖ 6 admirabilem *A* admirabiliorem *F* āmirabiliorem *PO* ‖ 8 quo *L* qua *A* ‖ 9 ad discendum *A* addicendum *F* ad dicendum *PO* ‖ 12 eaque *L* atque *A* ‖ perturbate sed *L* perturbatis et *A* ‖ 13 iis *A* his *L* ‖ 14 sumentur *L* sum̃tur *A* *fortasse* sumantur ‖ 15 perorationem *A* per orationem *L* peroratione *coni. Halm*; *fortasse* in perorationem ‖ 16 dictum *F* dictum *P* ‖ 17 tractentur (a *superscr.*) *A* ‖ 19 uiderit *A* uidebit *L* ‖ 21 que *om.* F^1 *superscr.* F^2 ‖ 22 nec pro omnibus nec omnibus *L* *om. A* ‖ 25 quique F^1 c *superscr.* F^2 ‖ 26 sed erit *L* egerit *A* ‖ 27 par et aequalis *L* paret ea qualis *A* ‖ orator F^1 *corr.* F^2 ‖ nondum *A* non *L*

elatis incensa uerbis, sed acuta sententiis uel ad offensionem
aduersarii uel ad commendationem sui; narrationes credibiles
nec historico sed prope cotidiano sermone explicatae dilucide;
dein si tenues causae, tum etiam argumentandi tenue filum
et in docendo et in refellendo, idque ita tenebitur, ut quanta
ad rem tanta ad orationem fiat accessio; cum uero causa 125
ea inciderit in qua uis eloquentiae possit expromi, tum se
latius fundet orator, tum reget et flectet animos et sic
afficiet, ut uolet, id est ut causae natura et ratio temporis
postulabit. sed erit duplex omnis eius ornatus ille admirabilis,
propter quem ascendit in tantum honorem eloquentia. nam
cum omnis pars orationis esse debet laudabilis, sic ut uerbum
nullum nisi aut graue aut elegans excidat, tum sunt maxime
luminosae et quasi actuosae partes duae: quarum alteram in
uniuersi generis quaestione pono, quam, ut supra dixi, Graeci
appellant θέσιν, alteram in augendis amplificandisque rebus,
quae ab eisdem αὔξησις est nominata; quae etsi aequaliter 126
toto corpore orationis fusa esse debet, tamen in communibus
locis maxime excellet, qui communes *sunt* appellati eo quod
uidentur multarum idem esse causarum, sed proprii singularum
esse debebunt. at uero illa pars orationis, quae est de genere
uniuerso, totas causas saepe continet; quicquid est enim illud, in
quo quasi certamen est controuersiae, quod Graece κρινόμενον
dicitur, id ita dici placet, ut traducatur ad perpetuam quaestionem atque ut de uniuerso genere dicatur, nisi cum de
uero ambigitur, quod quaeri coniectura solet. dicetur autem 127
non peripateticorum more, — est enim illorum exercitatio
elegans iam inde ab Aristotele constituta, — sed aliquanto

13 sq. 'tum sunt — duae' Non. p. 130,10 sq. item p. 132,18 sq.

2 narrationis *F* ‖ 3 historicae *A* ‖ dilucidae *FA* ‖ 4 dein si tenues] deinsinues F^1 *in marg. corr.* F^2 ‖ dein] tum O^1 *in marg. corr.* O^2 ‖ tum *L* *om. A* ‖ 7 exprimi P^1 *corr.* P^2 ‖ 10 eius omnis *A* ‖ ornatus *L* conatus *A* ‖ 11 eloquentiaę *F* ‖ 12 sic — (13) excidat *seclus. Bake coll. § 134* ‖ 13 tum *LA et Non. p. 132* cum *idem p. 130* ‖ maxime *LA et Non. p. 132 om. idem p. 130* ‖ 14 actuosae *LA* iactuosae *Non. utroque loco* ‖ 15 quaestionem AP^1O^1 *corr.* P^2O^2 ‖ 16 augendis *L* agendis *A* ‖ 17 aequaliter *LA* aequabiliter γ *cf. § 106* ‖ 19 sunt *om. LA add.* γ ‖ eo *A* *om. L* ‖ 20 multarum idem uidentur *O* esse *L* *om. A* ‖ proprie *A* ‖ 21 at γ ac *LA* ‖ 25 ut de *L* ut inde *A* ‖ 26 ambigetur *L*

neruosius, et ita de re communia dicentur, ut et pro reis multa leniter dicantur et in aduersarios aspere. augendis uero rebus et contra abiciendis nihil est quod non perficere possit oratio; quod et inter mediā argumenta faciendum est, quotienscumque dabitur uel amplificandi uel minuendi locus, et paene infinite in perorando.

37 128 Duo sunt enim, quae bene tractata ab oratore admirabilem eloquentiam faciant. quorum alterum est, quod Graeci ἠθικὸν uocant, ad naturas et ad mores et ad omnem uitae consuetudinem accommodatum, alterum, quod idem παθητικὸν nominant, quo perturbantur animi et concitantur, in quo uno regnat oratio; illud superius come, iucundum, ad beniuolentiam conciliandam paratum, hoc uehemens, incensum, incitatum, quo causae eripiuntur; quod cum rapide fertur,
129 sustineri nullo pacto potest. quo genere nos mediocres aut multo etiam minus, sed magno semper usi impetu saepe aduersarios de statu omni deiecimus: nobis pro familiari reo summus orator non respondit Hortensius; a nobis homo audacissimus Catilina in senatu accusatus obmutuit; nobis priuata in causa magna et graui cum coepisset Curio pater respondere, subito adsedit, cum sibi uenenis ereptam memo-
130 riam diceret. quid ego de miserationibus loquar? quibus eo sum usus pluribus quod, etiam si plures dicebamus, perorationem mihi tamen omnes relinquebant; in quo ut uiderer excellere, non ingenio sed dolore adsequebar. quae qualiacumque in me sunt, — me enim ipsum non paenitet quanta sint: — sed apparent in orationibus; etsi carent libri spiritu

24 sq. Schol. Bob. ad Cic. p. Planc. 76: (Tullius) in Oratore suo eandem affectuum mouendorum sibi praestantiam uindicauit

1 et pro] et *om.* O ‖ pro reis *L* propriis *A* ‖ 2 aduersos *F* ‖ aspera *L* ‖ 4 et *L om. A* ‖ 6 in perorando *L* imperando *A* ‖ 7 duo *L* duae res *A* ‖ enim *A om. L* ‖ tractatae *A* ‖ 8 est *L om. A* ‖ 9 ethicon OP^2 ethiton P^1 heticon *FA* ‖ naturam *A* ‖ 11 in quo *A* id quo FPO^1 al. in quo *in marg.* O^2 ‖ 12 come iucundum *L* cū ei dicundum *A* ‖ 13 conciliandum *P* ‖ uehemens *L* uehementius *A* ‖ intensum P^1 *corr.* P^2 ‖ 14 inquo *A* ‖ 15 nullo sustineri *O* ‖ 16 usi *FA* et (i *in ras.*) *O* usu *P* ‖ 17 familiare *corr.* familiari *A* ‖ 18 reo *L* re *A* ‖ 22 mi(se)rationibus loquor *A* ‖ 23 sum usus *L* sumus *A* ‖ 26 enim *L om. A* ‖ non *L om. A* ‖ 27 apparet *O* ‖ etsi carent] al. sic arent *in marg.* O^2

illo, propter quem maiora eadem illa cum aguntur quam cum leguntur uideri solent. nec uero miseratione solum 38 131
mens iudicum permouenda est, qua nos ita dolenter uti solemus, ut puerum infantem in manibus perorantes tenuerimus, ut alia in causa excitato reo nobili, sublato etiam filio paruo, plangore et lamentatione compleremus forum; sed est faciendum etiam, ut irascatur iudex mitigetur, inuideat faueat, contemnat admiretur, oderit diligat, cupiat taedeat, speret metuat, laetetur doleat; qua in uarietate duriorum accusatio suppeditabit exempla, mitiorum defensiones meae. nullo 132
enim modo animus audientis aut incitari aut leniri potest, qui modus a me non temptatus sit; — dicerem perfectum, si ita iudicarem, nec in ueritate crimen arrogantiae extimescerem; — sed, ut supra dixi, nulla me ingenii sed magna uis animi inflammat, ut me ipse non teneam; nec umquam is qui audiret incenderetur, nisi ardens ad eum perueniret oratio. uterer exemplis domesticis, nisi ea legisses, uterer alienis uel Latinis, si ulla reperirem, uel Graecis, si deceret; sed Crassi perpauca sunt nec ea iudiciorum; nihil Antoni, nihil Cottae, nihil Sulpici; dicebat melius quam scripsit Hortensius; uerum haec uis, quam quaerimus, quanta sit suspicemur, quoniam 133
exemplum non habemus, aut si exempla sequimur, a Demosthene sumamus, et quidem perpetuae dictionis ex eo loco unde in Ctesiphontis iudicio de suis factis, consiliis, meritis in rem publicam adgressus est dicere: ea profecto oratio in eam formam quae est insita in mentibus nostris includi sic potest, ut maior eloquentia ne requiratur quidem.

Sed iam forma ipsa restat et χαρακτὴρ ille qui dicitur. 39 134

16 sq. Pseudo-Acro ad Hor. A. p. 101: illud Ciceronis: ardeat orator, si uult iudicem incendere ‖ 23 de cor. § 160 sqq.

1 cum aguntur *L* quae aguntur *A* ‖ 2 legantur *A* ‖ 5 sub lato *A* ‖ 6 complerimus *uulg.* compleremus *LA* ‖ 7 etiam est faciendum *L* ‖ 8 oderunt *P* ‖ taedeat *A* satietate afficiatur *L* ‖ 9 qua in *A* in qua *L* ‖ 10 suppeditabit] al. bunt *superscr.* P^2 ‖ 12 tēptatus *A* ‖ 13 extimescerem *L* pertimescerem *A* ‖ 16 audiret *LA* audit *Kayser* ‖ intenderetur P^1 *corr.* P^2 ‖ 18 diceret P^1 *corr.* P^2 ‖ 20 sulpicio *A* ‖ 21 suspicamur *A* ‖ 22 aut *A* ut *L* ‖ 24 ethisiphontis P^1 *corr.* cthisiphontis P^2 Cthesiphontis *A et* (C *in ras.*) *O* ‖ 27 ne requiratur quidem *A* non requiratur *L* ‖ 28 ipsa *L om. A* ‖ caracter *A* charatter P^1 *corr.* P^2

qui qualis esse debeat ex ipsis quae supra dicta sunt intellegi potest; nam et singulorum uerborum et conlocatorum lumina adtigimus. quibus sic abundabit, ut aerbum ex ore nullum nisi aut elegans aut graue exeat, ex omnique genere frequentissimae tralationes erunt, quod eae propter similitudinem transferunt animos et referunt ac mouent huc et illuc, qui motus cogitationis celeriter agitatus per se ipse delectat; et reliqua, ex collocatione uerborum quae sumuntur quasi lumina, magnum adferunt ornatum orationi; sunt enim similia illis, quae in amplo ornatu scaenae aut fori appellantur insignia,
135 non quia sola ornent, sed quod excellant. eadem ratio est horum, quae sunt orationis lumina et quodam modo insignia: cum aut duplicantur iteranturque uerba aut breuiter commutata ponuntur, aut ab eodem uerbo ducitur saepius oratio aut in idem concluditur aut utrumque, aut adiungitur idem iteratum aut idem ad extremum refertur, aut continenter unum uerbum non in eadem sententia ponitur, aut cum similiter uel cadunt uerba uel desinunt, aut cum sunt contrariis relata contraria, aut cum gradatim sursum uersus reditur, aut cum demptis coniunctionibus dissolute plura dicuntur, aut cum aliquid praetereuntes cur id faciamus ostendimus, aut cum corrigimus nosmet ipsos quasi reprehendentes, aut si est aliqua exclamatio uel admirationis uel questionis, aut cum eiusdem nominis casus saepius commu-
136 tantur. sed sententiarum ornamenta maiora sunt; quibus

7 'et reliqua—(§ 139) magnitudo' Quint. IX 1,37 sqq. ‖ 23 Quint. IX 3,97: est in eo libro (Oratore) posita inter figuras uerborum exclamatio

1 debeat esse *L* ‖ ipsis *L* his *A* ‖ 2 uerborum *L* *om.* *A* ‖ 3 attingimus *A* ‖ 5 tralationes *L* relationes *A* ‖ eae *A* eas *FP* esse *O* ‖ 6 ac referunt et mouent *O* ‖ 7 celeriter agitatus *L* celeris agitatur *A* ‖ 11 non quia *A et Quint.* non quod *L* ‖ 13 cum aut *LA* aut cum *cod. Quint. B* ‖ breuiter *LA et Quint.* bis leuiter *coni. Pluygers Mnem. N. S. VIII 367* ‖ commutantur P^1 *corr.* P^2 ‖ 15 in idem *L* in eodem *A* concluditur *Pluygers l. c.* coicitur *L et cod. Quint. B* conicitur *A et codd. Ab* conmittitur *cod. M* ‖ 17 in *LA* *om. Quint.* ‖ 18 cum sunt *A* multis modis (*om.* cum sunt) *L et Quint.* ‖ 19 sursum O^1 susum *FA et in marg.* O^2 sursum *P* ‖ uersus *LA et cod. Quint. A* uersum *codd. BM* ‖ 23 exclamatio *A et Quint.* explanatio *L* ‖ 24 questionis *O*P^1 quaestionis *FA*P^2 *et Quint.* ‖ saepius *LA et cod. Quint. B* saepe *codd. AM* *om. b* ‖ 25 sed *LA* uel *codd. Quint. AMb* *om. B*

quia frequentissime Demosthenes utitur, sunt qui putent idcirco eius eloquentiam maxime esse laudabilem. et uero nullus fere ab eo locus sine quadam conformatione sententiae dicitur; nec quicquam est aliud dicere nisi aut omnes aut certe plerasque aliqua specie inluminare sententias: quas cum tu optime, Brute, teneas, quid attinet nominibus uti aut exemplis? tantum modo notetur locus. sic igitur dicet 40 137
ille, quem expetimus: ut uerset saepe multis modis eadem et in una re haereat in eademque commoretur sententia; saepe etiam ut extenuet aliquid, saepe ut irrideat; ut declinet a proposito deflectatque sententiam; ut proponat quid dicturus sit; ut, cum transegerit iam aliquid, definiat; ut se ipse reuocet; ut quod dixerit iteret; ut argumentum ratione concludat; ut interrogando urgeat; ut rursus quasi ad interrogata sibi ipse respondeat; ut contra ac dicat accipi et sentiri uelit; ut addubitet quid potius aut

§ 137—138 cf. Iul. Vict. p. 433,31 sqq. H: dictionum figurae sunt, cum multiformis se uersat orator, ut [aut] (*seclus. Halm*) haereat in eadem commoreturque sententia, quod Graeci dicunt *κατὰ τοῦ αὐτοῦ* (*fort. ἐπιμονὴν ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ Halm*); ut interrogando urgeat, quae est *ἐπερώτησις*; ut rursus quasi ad interrogata sibi ipse respondeat, ut contra ac dicat accipi uelit, ut addubitet, ut aliquid relinquat, quae est *παράλειψις*, ut cum his qui audiunt, nonnumquam etiam cum aduersario quasi deliberet, ut hominum sermones moresque describat, ut muta quaedam loquentia inducat, ut ab eo quod agitur auertat animos, ut se in hilaritatem risumque conuertat, ut interpellatorem coerceat, ut aliquid reticere se dicat, ut denuntiet quid caueant, ut irascatur, ut obiurget, ut deprecetur, ut medeatur, ut optet, ut exsecretur aliaque similia permulta

1 utitur *A* utatur *L et codd. Quint. BM* utebatur *in ras. minoris spatii cod. Quint. A* ‖ putant *L* ‖ 3 quadam] quad P^1 *corr.* P^2 ‖ 4 edicitur *L* ‖ nisi aut omnes β nisi quam aut omnes *L* nisi omnis *A* nisi omnes *Quint.* ‖ 5 aliquas P^1 *corr.* P^2 ‖ 7 modo *om.* *A* ‖ 8 multimodis *A* ‖ eadem et *Quint.* eandem et *A* eadem ut *L* ‖ 9 in una re *Quint.* unam in rem *L* unam rem *A* ‖ haereat *L et Quint.* et haereat *A* ‖ in eademque commoretur sententia *Quint.* et in eandem commoretur sententiam *L* in eadem commoreturque sententia *A et Iul. Vict.* ‖ 10 saepe — aliquid *om. A et codd. Quint. AMb* ‖ extenuat *O*P^1 *corr.* P^2 ‖ irrideat *L* inrideat *Quint.* redeat *A* ‖ 11 flectatque O^1 *in marg. corr.* O^2 ‖ 12 defineat *F* ‖ 13 dixerit *Quint.* dixit *LA* ‖ 15 quasi *om.* *A* ‖ sibi ipse *om.* *A* ‖ 16 accipi et *O et Quint.* accipiet *F* accipi ac *P* accupiet (i above u) *A* ‖ sentire *F* ‖ quid *L et Quint.* ecquid *A*

quo modo dicat; ut diuidat in partis; ut aliquid relinquat
ac neglegat; ut ante praemuniat; ut in eo ipso in quo re-
138 prehendatur culpam in aduersarium conferat; ut saepe cum
iis qui audiunt, non numquam etiam cum aduersario quasi
deliberet; ut hominum sermones moresque describat; ut muta
quaedam loquentia inducat; ut ab eo quod agitur auertat
animos; ut saepe in hilaritatem risumue conuertat; ut ante
occupet quod uideat opponi; ut comparet similitudines, utatur
exemplis; ut aliud alii tribuens dispertiat; ut interpellatorem
coerceat; ut aliquid reticere se dicat; ut denuntiet quid
caueant; ut liberius quid audeat; ut irascatur etiam; ut
obiurget aliquando; ut deprecetur, ut supplicet, ut medeatur;
ut a proposito declinet aliquantum; ut optet, ut exsecretur;
139 ut fiat iis apud quos dicet familiaris. atque alias etiam
dicendi quasi uirtutes sequetur: breuitatem, si res petet;
saepe etiam rem dicendo subiciet oculis; saepe supra feret
quam fieri possit; significatio saepe erit maior quam oratio;
saepe hilaritas, saepe uitae naturarumque imitatio. hoc in
genere — nam quasi siluam uides — omnis eluceat oportet
eloquentiae magnitudo.

41 140 Sed haec nisi collocata et quasi structa et nexa uerbis
ad eam laudem quam nolumus aspirare non possunt. de
quo cum mihi deinceps uiderem esse dicendum, etsi mouebant
iam me illa quae supra dixeram, tamen iis quae sequuntur

2 ac *L* ut *A* et *Quint.* ‖ 3 aduersarum F^1 *corr.* F^2 ‖ 4 iis *A* his *L* ‖ 5 mores sermonesque *Quint.* ‖ 6 loquentia *A et Quint.* ẹloquentia *F* eloquentia *PO* ‖ indicat F^1 *corr.* F^2 ‖ 7 risumue *LA* risumque *Iul. Vict.* ‖ 8 uideat *L et cod. Quint. B* uideatur *codd. Quint. AM* putat *A* ‖ ut utatur *cod. Quint. A* ‖ 9 ali *F et cod. Quint. A* ‖ interpellatorem *A et Quint. et Iul. Vict.* interpellat oratorem FPO^1 al. interpellatorem *in marg.* O^2 ‖ 10 coherceat *P et cod. Quint. A* ‖ ut denuntiet *A et Quint.* et denuntiet *L* ‖ 11 caueant *FA et Iul. Vict.* caueat *PO et Quint.* ‖ ut liberius *A et codd. plerique Quint.* (ut *om. cod. A*) et liberius *L* ‖ audeat ut *L et Quint.* audeat quidem (*om.* ut) *A* ‖ 12 ut medeat medeatur FO^1 medeat *expunx.* O^2 ‖ 13 ut exsecretur *L et Quint. et Iul. Vict.* ut *om. A* ‖ 14 iis *A* his *L* ‖ dicet *L et codd. Quint. AMb* dicit *cod. Quint. B* dicat *A* ‖ alias *A et Quint.* in alias *L* ‖ 15 sequetur *A et Quint.* sequatur *L* ‖ 17 fieri *L et Quint.* superi *A* ‖ erit *L et Quint.* re *A* ‖ 19 uideas *FP* ‖ 21 nexa] s. sint *superscr.* P^2 ‖ 23 mouebant *A* non mouebant *L* ‖ 24 iis *A* his *L*

perturbabar magis. occurrebat enim posse reperiri non in-
uidos solum, quibus referta sunt omnia, sed fautores etiam
mearum laudum, qui non censerent eius uiri esse, de cuius
meritis senatus tanta iudicia fecisset comprobante populo
Romano quanta de nullo, de artificio dicendi litteris tam multa
mandare. quibus si nihil aliud responderem nisi me M. Bruto
negare roganti noluisse, iusta esset excusatio, cum et ami-
cissimo et praestantissimo uiro et recta et honesta petenti
satis facere uoluissem; sed si profiterer — quod utinam 141
possem! — me studiosis dicendi praecepta et quasi uias
quae ad eloquentiam ferrent traditurum, quis tandem id
iustus rerum existimator reprehenderet? nam quis umquam
dubitauit quin in re publica nostra primas eloquentia tenuerit
semper urbanis pacatisque rebus, secundas iuris scientia,
cum in altera gratiae, gloriae, praesidii plurimum esset, in
altera persecutionum cautionumque praeceptio; quae quidem
ipsa auxilium ab eloquentia saepe peteret, ea uero repugnante
uix suas regiones finesque defenderet? cur igitur ius ciuile 142
docere semper pulchrum fuit hominumque clarissimorum
discipulis floruerunt domus: ad dicendum si quis acuat aut
adiuuet in eo iuuentutem, uituperetur? nam si uitiosum est
dicere ornate, pellatur omnino e ciuitate eloquentia; sin ea
non modo eos ornat penes quos est, sed etiam iuuat uni-
uersam rem publicam, cur aut discere turpe est quod scire
honestum est aut quod nosse pulcherrimum est id non
gloriosum est docere? 'at alterum factitatum est, alterum 42 143
nouum.' fateor; sed utriusque rei causa est. alteros enim
respondentes audire sat erat, ut ii qui docerent nullum sibi
ad eam rem tempus ipsi seponerent, sed eodem tempore
et discentibus satis facerent et consulentibus; alteri, cum

3 laudum mearum *A* ‖ 4 tanta senatus *L* ‖ 5 de artificio *A* de *om.* FOP^1 *in marg. add.* P^2 ‖ 9 profiterer *Ernesti* profitear *L* profiteatur *A* ‖ 10 studiosis *om.* P^1 *in marg. add.* P^2 ‖ 11 quis *L* quid *A* ‖ 13 dubitabit *A* ‖ quin *L* quod *A* ‖ 16 persecutionum *LA* praescriptionum *π* ‖ 20 domus floruerunt *A* ‖ 23 iuuat *in marg. A om. L* ‖ uniuersam *L* euersam *A* ‖ 25 nosse *L* posse *A* ‖ 26 gloriosum est *A* est *om. L* ‖ 27 nouum *om.* F^1 *in marg. add.* F^2 ‖ 28 audires at *A* ‖ ut *L* et ut *A* ‖ ii *π* hi *L om. A* ‖ doceret *A* ‖ 29 ipsi *L om. A* ‖ 30 et discentibus id est studiosis *A* discentibus et (*ceteris om.*) *L* ‖ satis facerent *L* ut satis faceret *A*

domesticum tempus in cognoscendis componendisque causis, forense in agendis, reliquum in se ipsis reficiendis omne consumerent, quem habebant instituendi aut docendi locum? atque haud scio an plerique nostrorum oratorum ingenio plus ualuerint quam doctrina; itaque illi dicere melius quam
114 praecipere, nos contra fortasse possumus. 'at dignitatem docere non habet.' certe, si quasi in ludo; sed si monendo, si cohortando, si percontando, si commemorando, si interdum etiam una legendo, audiendo, nescio cur non docendo etiam aliquid aliquando *si* possis meliores facere: cur nolis? an quibus uerbis sacrorum alienatio fiat docere honestum est, ut est; quibus ipsa sacra retineri defendique possint, non honestum
145 est? 'at ius profitentur etiam qui nesciunt; eloquentiam autem illi ipsi qui consecuti sunt tamen ea se ualere dissimulant.' propterea quod prudentia hominibus grata est, lingua suspecta. num igitur aut latere eloquentia potest, aut id quod dissimulat effugit, aut est periculum ne quis putet in magna arte et gloriosa turpe esse docere alios id quod ipsi fuerit
146 honestissimum discere? ac fortasse ceteri tectiores: ego semper me didicisse prae me tuli; quid enim possem, cum afuissem domo adulescens et horum studiorum causa maria transissem et doctissimis hominibus referta domus esset et aliquae fortasse inessent in sermone nostro doctrinarum notae cumque uulgo scripta nostra legerentur, dissimulare me didicisse? quid erat cur probarem, nisi quod parum fortasse profeceram?

15 sq. 'quod — suspecta' Non. p. 400,24 sq.

2 forense in *L* forensibus et *A* ‖ se *L* sese *A* ‖ omnem *A* ‖ 4 nostrorum *A* nostrum *L* ‖ ingenio *L* contra atque nos ingenio *A* ‖ 6 at AP^2 ad FOP^1 ‖ 7 docere *A* melius docere FOP^1 melius *expunx.* P^2 ‖ si quasi AP^2 sequasi *F* se quasi OP^1 ‖ 8 si percontando *A* si *om.* *L* ‖ commemorando *L* communicando *A* ‖ 9 docendo *π* dicendo *LA* ‖ 10 si *add.* $P^2\gamma$ *om.* *LA* ‖ possis *A* posses *L* ‖ meliores *A* melius *L* ‖ 11 ut est *L* *om.* *A* ‖ 12 retinere *F* ‖ 13 pro fitentur *A* ‖ nec sciunt *A* ‖ eloquentia *L* ‖ 14 illi ipsi *LA* *fortasse* illam ipsam ‖ ea se *A* ea *om.* *L* ‖ 15 quod *LA* quo *Non.* ‖ 17 dissimulat *LA* dissimulatur *coni. Ernesti* ‖ 19 rectiores *P* ‖ 20 cum *A* cum et *L* ‖ afuissem FO^2 abfuissem *P* affuissem O^1 adfuissem *A* ‖ 21 domo *A* *om.* *L* ‖ maria *A* mare *L* ‖ 22 refecta F^1PO^1 *in marg. corr.* F^2O^2 ‖ 24 dissimularem *L* ‖ didicisse *L* dicis sed *A* ‖ 25 erat *L* *om.* *A* ‖ cur *L* *om.* *A* quo *coni. Ernesti*

quod cum ita sit, tamen ea quae supra dicta sunt plus in disputando quam ea de quibus dicendum est dignitatis 43
habuerunt. de uerbis enim componendis et de syllabis prope- 147
modum dinumerandis et demetiendis loquemur; quae etiam si sunt, sicuti mihi uidentur, necessaria, tamen fiunt magnificentius, quam docentur. est id omnino uerum, sed proprie in hoc dicitur; nam omnium magnarum artium sicut arborum altitudo nos delectat, radices stirpesque non item, sed esse illa sine his non potest; me autem siue peruolgatissimus ille uersus, qui uetat artem pudere proloqui quam factites, dissimulare non sinit quin delecter, siue tuum studium hoc a me uolumen expressit, tamen eis quos aliquid reprehensuros suspicabar respondendum fuit. quodsi ea quae dixi non ita 148
essent, quis tamen se tam durum agrestemque praeberet, qui hanc mihi non daret ueniam, ut, cum meae forenses artes et actiones publicae concidissent, non me aut desidiae, quod facere non possum, aut maestitiae, cui resisto, potius quam litteris dederem? quae quidem me antea in iudicia atque in curiam deducebant, nunc oblectant domi, nec uero talibus modo rebus qualis hic liber continet sed multo etiam grauioribus et maioribus; quae si erunt perfectae, profecto maximis rebus forensibus nostris et externis etiam inclusae et domesticae litterae respondebunt. sed ad institutam disputationem reuertamur.

Collocabuntur igitur uerba, aut ut inter se quam aptissime 44 149
cohaereant extrema cum primis eaque sint quam suauissimis

7 sq. Amm. Marc. XVI 1,5: ut Tulliana docet auctoritas, omnium magnarum artium sicut arborum altitudo nos delectat, radices stirpesque non item ‖ 10 Ribb. Com.[2] inc. inc. 30

4 dimetiendis *A* *cf. § 38* ‖ 5 secuti *P* sicut et *A* ‖ 6 sed proprie *L* ut prope *A* ‖ 7 arborum *L* arbor *A* ‖ 8 altitudo] magnitudo F^1 *in marg. corr.* F^2 ‖ 9 illa *om.* O^1 *in marg. add.* O^2 ‖ peruolgatissimus *A* peruagatissimus *L* ‖ 10 uetat *A* uel ad *F* uel ad *O* uel *P* ‖ proloqui *L* loqui *A* ‖ 11 quin *LA* qui *Maduig Adu. crit. II p. 190; malim* quid, *cf. Proleg.* ‖ 12 a me hoc *A* ‖ 14 se] sed P^1 *corr.* P^2 ‖ 18 desiderē *A* ‖ me *om.* FPO^1 al. me *in marg.* O^2 ‖ 21 sqq. profecto forensibus nostris rebus etiam domesticae litterae respondebunt (*ceteris omissis*) *L* ‖ 22 etiam *om.* *A* ‖ 23 institutum disputationum *A* ‖ 25 aut ut *A* ut aut *L* ‖ aptissime *L* amplissime *A*

uocibus, aut ut forma ipsa concinnitasque uerborum conficiat
orbem suum, aut ut comprehensio numerose et apte cadat.
atque illud primum uideamus quale sit, quod uel maxime
desiderat diligentiam; * est enim ut fiat quasi structura quae-
dam, nec id tamen fiet operose; nam esset cum infinitus tum
puerilis labor, quod apud Lucilium scite exagitat in Albucio
Scaeuola: 'Quam lepide λέξεις compostae ut tesserulae
omnes Arte pauimento atque emblemate uermicu-
150 lato!' nolo haec tam minuta constructio appareat, sed tamen
stilus exercitatus efficiet facile hanc formulam componendi;
nam ut in legendo oculus sic animus in dicendo prospiciet
quid sequatur, ne extremorum uerborum cum insequentibus
primis concursus aut hiulcas uoces efficiat aut asperas.
quamuis enim suaues grauesue sententiae tamen, si in-
condite positis uerbis efferuntur, offendent aures, quarum est
iudicium superbissimum; quod quidem Latina lingua sic
obseruat, nemo ut tam rusticus sit quin uocalis nolit con-
151 iungere. in quo quidam Theopompum etiam reprehendunt,
quod eas litteras tanto opere fugerit, etsi idem magister eius
Isocrates fecerat; at non Thucydides, ne ille quidem haud paulo
maior scriptor Plato, nec solum in iis sermonibus qui διά-
λογοι dicuntur, ubi etiam de industria id faciendum fuit, sed
in populari oratione, qua mos est Athenis laudari in contione
eos qui sint in proeliis interfecti, quae sic probata est, ut

6 sqq. ex libr. inc. 33 sq. M (993 sq. L)

2 numerosae *F* ‖ cadat] dicat O^1 al. cadat *in marg.* O^2 ‖ 3 illum F^1 *corr.* F^2 ‖ quale sit *L* qualis *A* ‖ 4 est enim *om. A* ut fiat *om. L; ante* est enim *excidisse uidetur* id ‖ 5 id *L om. A* ‖ fiet *L* fiat *A* ‖ esset *L* esse *A* ‖ 7 lexis *LA* ‖ compositae *FPA* cōposite *O* composui et *Non.* ‖ 9 tam minuta haec *L* ‖ 10 hanc *L om. A* *fortasse* tanquam, *cf. Proleg.* ‖ formulam *A* uiam *L* ‖ 11 in legendo *A* intellegendo *FO* intelligendo *P* ‖ dicendo *A* docendo *L* ‖ 12 quid *L* sic *A* ‖ cum *om.* O^1 *superscr.* O^2 ‖ 13 primis *L* primus *A* ‖ efficiet *F* ‖ 14 quanuis *F* ‖ grauesue *L* grauesque *A* ‖ inconditę *A* inconditis *FO* in conditis *P* ‖ 15 positis *A om. L* ‖ 17 quin *LA cf. Proleg.* ‖ nolist *F* ‖ 18 quiddam *P* quidem *A* ‖ etiam Theopompum *A* ‖ 19 tanto opere *F et in marg.* O^2 tantopere APO^1 ‖ idem *A* id *L* ‖ 20 fecerat *A om.* FPO^1 al. fecerat *in marg.* O^2 ‖ haud β aut *L om. A* ‖ 21 iis *A* his *L* ‖ 23 oratione *A om. L* ‖ 24 sint *LA* sunt γπε ‖ sic] sit P^1 *corr.* P^2

eam quotannis, ut scis, illo die recitari necesse sit: in ea est
crebra ista uocalium concursio, quam magna ex parte ut
uitiosam fugit Demosthenes. sed Graeci uiderint; nobis ne 45 152
si cupiamus quidem distrahere uoces conceditur: indicant
orationes illae ipsae horridulae Catonis, indicant omnes poetae
praeter eos qui, ut uersum facerent, saepe hiabant, ut Naeuius:
'Vos quí accolitis Hístrum fluuium atque álgidam',
et ibidem: 'Quam númquam uobis Grái atque bár-
bari'. at Ennius saepe: 'Scipio inuicte', et semel quidem nos:
'Hoc motu radiantis etesiae in uada ponti'; hoc idem 153
nostri saepius non tulissent, quod Graeci laudare etiam solent.
sed quid ego uocalis? sine uocalibus saepe breuitatis causa
contrahebant, ut ita dicerent: multi' modis, in uas'
argenteis, palmi' crinibus, tecti' fractis. quid uero
licentius, quam quod hominum etiam nomina contrahebant,
quo essent aptiora? nam ut duellum bellum et duis bis,
sic Duillium eum qui Poenos classe deuicit Bellium nomina-
uerunt, cum superiores appellati essent semper Duelli. quin
etiam uerba saepe contrahuntur non usus causa sed aurium.
quo modo enim uester Axilla Ala factus est nisi fuga litterae
uastioris? quam litteram etiam e maxillis et taxillis et

7 Ribb. Trag.[2] 65 ‖ 8 ibid. 64 ‖ 9 Ann. 321 V ‖ 10 cf. Arati Phaen. 152 ‖ 13 sq. Ribb. Trag.[2] inc. inc. 213

1 eam *A* ea *L* ‖ scitis *F* ‖ sit *A* est *L* ‖ 2 uocalium *Manutius* uocum *LA* ‖ quam *L* quanquam *A* ‖ 3 ne si *L* nisi *A* ‖ 4 iudicant *FP* ‖ 5 illae — omnes *om. A* ‖ ipse *P* ‖ iudicant *P* ‖ 6 *post* qui *in marg. add.* O^2*:* al. tanquam nobis greci atque barbari ‖ Nenius *P* ‖ 7 algidam *L* ęgidā *A* ‖ 8 graia *F* grati *A* ‖ 9 sępe *A* semel *L* ‖ et semel quidem *scripsi* et quidem *LA cf. Proleg.* ‖ 10 radiantis et est aein uada *F* radianti se teste in uada ponti PO^1 se teste *coniunx.* O^2 *et in marg. add.:* al. hetesie ‖ 12 uocalibus *L* uocabulis *A* ‖ 13 contrahebat *FO* ‖ ut] et *O* ‖ in uas' *scripsi* etuas *A* uiuas *FP* iuuas O^1 al. uiuas *in marg.* O^2 ‖ 14 argenti *A* ‖ palmi' *Ribbeck* palmet *A* palma et *L* ‖ trinibus P^1 *corr.* P^2 ‖ 16 quo] que *P* ‖ dudellū *A* ‖ bellum *L* bello *A* ‖ et *L om. A* ‖ duis *cod. Laur. 50,1 m. 2* dus *A* diuis *FP* duus O^1 al. biuis *in marg.* O^2 ‖ 17 Duillium *scripsi* duellū A diuillium FP^2 diuellium P^1 duulium O^1 al. duellium *in marg.* O^2 ‖ diuicit *L* ‖ bellium *PO* bellum *FA* ‖ 20 axilla ala *L* auxilia mala *A* ‖ fuge F^1P fugae F^2 fuget *O* ‖ litteras *A* ‖ 21 quam *L* cum *A* ‖ littera *A* ‖ e *L* ex *A* ‖ taxillis *A* axillis *L* ‖ et paxillo *A om. L*

paxillo et uexillo et pauxillo consuetudo elegans Latini
154 sermonis euellit. libenter etiam copulando uerba iungebant, ut sodes pro si audes, sis pro si uis; iam in uno capsis tria uerba sunt. ain pro aisne, nequire pro non quire, malle pro magis uelle, nolle pro non uelle, dein etiam saepe et exin pro deinde et pro exinde dicimus. quid, illud non olet unde sit, quod dicitur cum illis, cum autem nobis non dicitur, sed nobiscum? quia si ita diceretur, obscaenius concurrerent litterae, ut etiam modo, nisi autem interposuissem, concurrissent; ex eo est mecum et tecum, non cum me et cum te, ut esset simile illis nobiscum atque
46 155 uobiscum. atque etiam a quibusdam sero iam emendatur antiquitas, qui haec reprehendunt; nam pro deum atque hominum fidem deorum aiunt: ita credo hoc illi nesciebant, an dabat hanc licentiam consuetudo? itaque idem poeta qui inusitatius contraxerat: 'pátris mei meum factúm pudet' pro meorum factorum, et: 'Téxitur, exitium éxamen rapit' pro exitiorum, non dicit liberum, ut plerique loquimur, cum cupidos liberum aut in liberum loco dicimus,

2 sq. 'libenter — si audes' Non. p. 177,23 sq. ‖ 3 Quint. I 5,66: quamuis 'capsis' Cicero dicat conpositum esse ex 'cape si uis' ‖ 10 sqq. cf. Prisc. XII p. 594,24 sqq.: Cicerone, qui de oratore his utitur uerbis: noluimus 'cum me' et 'cum te' dicere, ne eadem conputatione adiungendum esset 'cum nobis', sed potius 'mecum' et 'tecum' et 'nobiscum' diximus, 'cum' praepositione, quae facit obscenum, assidue postposita ‖ 13 sqq. Quint. I 6,18: idem 'centum milia nummum' et 'fidem deum' ostendant duplicis quoque soloecismos esse, quando et casum mutant et numerum: nesciebamus enim ac non consuetudini et decori seruiebamus, sicut in plurimis, quae M. Tullius in Oratore diuine ut omnia exequitur ‖ 16 Ribb. Trag.^{2} Enn. 44 (81 V) ‖ 17 ibid. 51 (88 V)

1 et uexillo et pauxillo *L* et uexillo *A* *et in marg. add.:* et taxillo ‖ 2 fuit euellit *A* ‖ iugebant *P* ‖ 4 aisnequire (ne *superscr.*) *A* ‖ nō inquire O^1 *in marg. corr.* O^2 ‖ 5 dein *A* deinde *FP* deindẹ *O* ‖ 6 exim *F* ex *A* ‖ deinde γ inde *LA* ‖ et pro exinde *L om. A* ‖ quid (t *superscr.*) *A* ‖ olet *L* uolet *A* ‖ 7 illis *L* illius *A* ‖ 8 diceretur] uideretur F^1 *in marg. corr.* F^2 ‖ c̄currissent *ex* c̄currerent *A* ‖ 11 cum te et cum me *A* ‖ nobiscum atque uobiscum γ uobiscum atque nobiscum *LA* ‖ 12 quibusdam *L* quibus *A* ‖ 13 proh PO^1 *in marg. corr.* O^2 ‖ 14 fidem *L* fi dē *A* ‖ 15 hanc *L* hoc *A* ‖ consuetudo licentiam *A* ‖ 16 patris *L* partis *A, corr. in marg.* ‖ 19 loco *L* locū *A*

sed ut isti uolunt: 'Néque tuom umquam in grémium extollas líberorum ex té genus', et idem: 'Namque Aésculapi líberorum'. at ille alter in Chryse non solum: 'Ciués, antiqui amíci maiorúm meum', — quod erat usitatum, sed durius etiam: 'Consílium socii, augúrium atque extum intérpretes', — idemque pergit: 'Postquám prodigium horríferum, portentúm pauos'; quae non sane sunt in omnibus neutris usitata. nec enim dixerim tam libenter armum iudicium, — etsi est apud eundem: 'nihilne ad te dé iudicio armum áccidit?' — quam 156
centuriam fabrum et procum, ut censoriae tabulae loquuntur, audeo dicere, non fabrorum aut procorum; planeque duorum uirorum iudicium aut trium uirorum capitalium aut decem uirorum stlitibus iudicandis dico numquam. et quid dixit Accius? 'Videó sepulcra dúo duorum córporum', idemque: 'múlier una duóm uirum'. quid uerum sit intellego; sed alias ita loquor ut concessum est, ut hoc uel pro deum dico uel pro deorum, alias ut necesse est, cum trium uirum, non uirorum, et sestertium, nummum, non sestertiorum, nummorum, quod in his consuetudo uaria non est. quid, quod sic loqui: nosse, iudicasse uetant, 47 157

1 sq. ibid. 363 (347 V) ‖ 2 sq. ibid. 316 (16 V) ‖ 4 sqq. Ribb. Trag.^{2} Pacuu. 80 sqq. ‖ 10 ibid. 34 ‖ 15 Ribb. Trag.^{2} 655 ‖ 16 ibid. 656

1 tuū *A* tu *L* ‖ 3 Aesculapi *L* excola *sequente spatio trium litterarum A* ‖ alter *A* aliter *L* ‖ Chryse FP^2 Cryse OP^1 chrysẹ *A* ‖ 5 sociū *A* ‖ 6 extum *L* exitium *A* ‖ 7 portentu *LA* ‖ pauos *uulg.* pauor *A* pauox FP^1O^1 r *superscr.* P^2 al. pauor *in marg.* O^2 ‖ quae *L* que *A* ‖ 8 omnibus neutris *L* hominibus neutriq. *A fortasse* omnibus nominibus neutris ‖ 9 tam *L* iam *A* ‖ 10 ad] id *P* ‖ de *om. P* ‖ iudicium (o *superscr.*) *A* ‖ accedit *A* ‖ 11 fabrum et procum *habet L post* loquuntur ‖ 12 audio *L* ‖ aut *A* et *L* ‖ planeque duorum *L* plane *A et in marg. add* : quoq. rum ‖ 13 capitaliū AF^2 capitolium F^1PO^1 al. capitalium *in marg.* O^2 ‖ 14 stlitibus *Muret. Var. Lect. XII c. 20 („e libro uetere“)* litibus *LA* ‖ umquam F^1 *corr.* F^2 non nunc quam *A* ‖ et quid *scripsi* quid *A* et qui *L* ‖ 15 sepulcrum *A* ‖ duo *om.* AP^1 dua *FO et in marg.* P^2, *quod recipere non sum ausus* ‖ duorum *L* a duorum *A* ‖ 16 idemque *L* eidēq. *A* idem quae *Turnebus Aduers. VIII c. 3 coll. Cic. Ep. IX 22,1* ‖ duum *LA* ‖ 17 uel *L om. A* ‖ 18 proh O^1 *in marg. corr.* O^2 ‖ proh *O* ‖ 19 et *A* cum *L* ‖ sexterciū *O* ‖ 20 sestertiorum γ sestertiū *A om. L* ‖ 21 nosse iudicasse *PO et ex* nos seiudicasse *A* nos eiudicas si *F*

nouisse iubent et iudicauisse, quasi uero nesciamus in hoc genere et plenum uerbum recte dici et imminutum usitate; itaque utrumque Terentius: 'Eho tú, cognatum tuóm non noras?' post idem: 'Stílponem, inquam, nóueras'. sient plenum est, sint imminutum; licet utare utroque; ergo ibidem: 'Quam cára sint quae póst carendo intéllegunt, Quamque áttinendi mágni dominatús sient'. nec uero reprehenderim: 'scripsere alii rem', et scripserunt esse uerius sentio, sed consuetudini auribus indulgenti libenter obsequor. 'Isdem campus habet' inquit Ennius; et in templis: 'EIDEM PROBAVIT'; at isdem erat uerius, nec tamen eisdem ut opimius; male sonabat isdem: impetratum est a consuetudine ut peccare suauitatis causa liceret. et posmeridianas, quadrigas quam postmeridianas, *quadriiugas* libentius dixerim et mehercule quam mehercules. non scire quidem barbarum iam uidetur, nescire dulcius. ipsum meridiem cur non medidiem? credo,

---

3 sq. Phorm. II 3,37 ‖ 4 ibid. II 3,43 ‖ 6 sq. Ribb. Trag.^{2} inc. inc. 194 sq. ‖ 8 sq. Quint. I 5,44: in Oratore 'non reprendo' inquit 'scripsere: scripserunt esse uerius sentio' ‖ 8 Enn. Ann. 221 V ‖ 10 ibid. 468 V ‖ 11 cf. Enn. inc. lib. 1V ‖ 13 sq. Augustin. Regul. p. 517,4 sq. K: sicut Cicero ait: 'impetratum est a ratione ut peccare suauitatis causa liceret'; cf Anecd. Helu. p 183,6 sqq. ‖ 14 sq. 'posmeridianas quoque quadrigas libentius dixerim quam postmeridianas' Vel. Long. p. 79,3 sq. ‖ 16 sq. 'iam uidetur — medidiem' Non. p. 60,17 sq.

---

2 et plenum *L* et *om. A* ‖ 3 eho *F et in marg.* O^2 eoh PO^1 eo *A* ‖ cognatum *LA* sobrinum *Ter.* ‖ tuum *LA* ‖ 4 idem *L* ibidem *A* ‖ Stilponem *Donatus* stilionem *F* Stilbonem *PO* stiliponē *A* Stilphonem *codd. Ter.* ‖ noueras *A* est noueras FPO^1 *et cod. Ter. A* est *expunx.* O^2 ‖ sient *scripsi* si et FPO^1 *coniunx.* O^2 sin *A* ‖ 5 est *om. O* sit *A* ‖ sint *scripsi* sient *FO* scient *P* sin *A* ‖ 6 *ante* ibidem *nomen excidisse poetae suspicatus est Jahn* ‖ quae quam sint cara *Ribbeck* ‖ carendo *L* carendi *A* carenda *γ* ‖ 7 quāq. *A* quam quem *L* ‖ scient *PA* ‖ 8 reprehenderem *A* ‖ alii rem *POA* alirē *F* ‖ et *LA* etsi *Lambinus* ‖ 9 sentius *A* ‖ consuetudine aurium *A* ‖ 10 lubenter *ex* lubentius *A* ‖ isdem *γ* idem *LA* ‖ 11 idem probauit *L* idem probabit *A cf. Proleg.* ‖ at *FO* ac *P* ad *A* ‖ isdem *L* eisdem *A* ‖ 12 eisdem *A* isdem *L* ‖ ut *L om. A* ‖ optimius *L* ‖ sonat PO^1 *in marg. corr.* O^2 ‖ 13 isdem *L* eisdem *A* ‖ 14 posmeridianas *Vel. Long.* pomeridianas FOP^2A pomtridianas P^1 ‖ post meridianas *F* ‖ 15 quadriiugas *add. Doederlein Reden und Aufsätze I p. 398* ‖ et *L om. A* ‖ mercule *A* ‖ 16 merculis *A* ‖ uideatur *A* ‖ 17 nescire *L* nec scire *A* ‖ meridie *A* ‖ mediem *A*

quod erat insuauius. † una praepositio est af, quae nunc 158
tantum in accepti tabulis manet ac ne his quidem omnium, in reliquo sermone mutata est; nam amouit dicimus et abegit et abstulit; ut iam nescias a'ne uerum sit an ab, abs. quid, si etiam aufugit, quod abfugit turpe uisum est, et afer noluerunt, aufer maluerunt? quae praepositio praeter haec duo uerba nullo alio in uerbo reperietur. noti erant et naui et nari, quibus cum in praeponi oporteret, dulcius uisum est ignotos, ignauos, ignaros dicere, quam ut ueritas postulabat. ex usu dicunt et e re publica, quod in altero uocalis excipiebat, in altero esset asperitas, nisi litteram sustulisses, ut exegit, edixit; refecit, rettulit, reddidit:

---

1 sqq. Vel. Long. p. 60,6 sqq.: nunc ad praepositiones transeamus atque incipiamus ab illa quam Cicero in Oratore adnotauit. uaria enim est (est *add. Keil*) consuetudo in eo quod (in aequo *cod.*) est ab et a et abs et au, ut cum dicimus a me, deinde ab illo, deinde abstulit, deinde aufert, quod sane tantum in duobus uerbis usurpatum est, aufert et aufugit. adicit his praepositionibus et illam quae scribitur per f (per b *cod.*) litteram, quam ab antiquis usitatam ait maxime in rationibus et in accepti (acceptis *cod.*) tabulis. nam quotiens acceptam pecuniam referebant, non dicebant a Longo, sed af (ab *cod.*) Longo. et ait religionem hanc scribendi apud paucissimos remansisse saeculo suo ‖ 5 sqq. Gell. XV 3,2 sq.: in eo libro Cicero, cum dixisset uerba haec 'aufugio' et 'aufero' composita quidem esse ex praepositione 'ab' et ex uerbis 'fugio' et 'fero', sed eam praepositionem, quo fieret uox pronuntiatu audituque lenior, uersam mutatamque esse in 'au' syllabam coeptumque esse dici 'aufugio' et 'aufero' pro 'abfugio' et 'abfero', cum haec, inquam, ita dixisset, tum postea ibidem super eadem particula ita scribsit: 'Haec', inquit, 'praepositio — repperietur'; cf. Macrob. Exc. Paris. p. 600,17 sqq. eiusdemque Exc. Bob. p. 637,20 sqq.

---

1 insuauius una *LA* insuauius insuauissuma *Jahn* ‖ af quae *Stegmann* ea quae *F* ea que *PO* ab quae *A cf. Proleg.* ‖ 2 accepti *L* (*in marg.* O^2*:* al. aceptis) acceptis *A* ‖ ac ne his *coni. Ernesti* aeneis *A* ne his *L* ‖ 3 nam *L om. A* ‖ 4 abegit *L* abiecit *A* ‖ a'ne *Schuetz* anne *LA* ‖ scit *P* ‖ ab, abs *scripsi* abais *A* abs *L* ‖ 5 quit (d above t) *A* si *L* sit *A* ‖ aufugit quod abfugit *scripsi* afugit quoda fugit *A* afugit (*cet. om.*) *FO* affugit *P* ‖ turpe *L* forte *A* ‖ affer *P* ‖ 6 aufer maluerunt *L om. A* ‖ 7 reperitur (e above i) *A* ‖ 8 naui] uani P^1 *corr.* P^2 ‖ naiuetgnari F^1 *in marg. corr.* F^2 naui et gnari ‖ 9 ignoti ignaui ignari *L* ‖ quam ut *A* quam et FPO^1 al. ut *in marg.* O^2 ‖ 10 et *L om. A* ‖ e *A* ex *F* ex *PO* ‖ 11 insilit terram P^1O^1 *corr.* P^2 *in marg.* O^2 ‖ 12 ut *L et A* ‖ edixit *L om. A* ‖ refecit *LA* item refecit *Schenkl* ‖ retulit *F* retullit *P*

adiuncti uerbi prima littera praepositionem commutauit, ut
48 159 subegit, summutauit, sustulit. quid, in uerbis iunctis
quam scite insipientem non insapientem, iniquum non
inaequum, tricipitem non tricapitem, concisum non con-
caesum! ex quo quidam pertisum etiam uolunt, quod eadem
consuetudo non probauit. quid uero hoc elegantius, quod
non fit natura, sed quodam instituto: indoctus dicimus breui
prima littera, insanus producta, inhumanus breui, infelix
longa, et, ne multis, quibus in uerbis eae primae litterae
sunt quae in sapiente atque in felice, producte dicitur, in
ceteris omnibus breuiter; itemque composuit, consueuit,
concrepuit, confecit. consule ueritatem: reprehendet;
refer ad auris: probabunt; quaere cur ita sit: dicent iuuare;
160 uoluptati autem aurium morigerari debet oratio. quin ego
ipse, cum scirem ita maiores locutos esse, ut nusquam nisi
in uocali aspiratione uterentur, loquebar sic, ut pulcros,
Cetegos, triumpos, Cartaginem dicerem; aliquando, idque
sero, conuicio aurium cum extorta mihi ueritas esset, usum
loquendi populo concessi, scientiam mihi reseruaui; Orciuios
tamen et Matones, Otones, Caepiones, sepulcra,
coronas, lacrimas dicimus, quia per aurium iudicium licet.

4 sq. 'concisum — uolunt' Non. p. 161,8 sq. ‖ 6 sqq. 'quid uero — debet oratio' Gell. II 17,2

1 prima littera praepositionem *coni. Maioragius* primam litteram praepositio *LA* ‖ commutaut F^1 *corr.* F^2 cōmutat *A* ‖ 2 submutauit *P* tum mutauit *A* summouit *uulg. satis probabiliter, cf. § 158* ‖ quid *L* qđ *A* ‖ 3 inicum F^1 q *superscr.* F^2 initium P^1 *corr.* P^2 ‖ 4 inaecum F^1P^1 *corr.* F^2P^2 ‖ concaesum *L* c̄cissum *A* concessum *Non.* ‖ 5 ex quo *LA* et quod *Non.* ‖ pertusum *P* pertaesum *A* percessum *Non.* ‖ 7 quoddam *P* ‖ inductus FP^1O^1 al. inclitus *in marg.* P^2O^2 ‖ 8 prima $AO^1F^2P^2$ parma $O^2F^1P^1$ ‖ inhumanus FOP^1 insipiens *in marg.* P^2 in sanus *A* ‖ 10 infelice *A* in *om. L et Gell.* ‖ dicitur *LA* al. dicuntur *in marg.* O^2 dicuntur *Gell.* ‖ 12 confecit *L et Gell.* c̄suluit *A* ‖ 13 quare PO^1 *in marg. corr.* O^2 ‖ cur ita sit dicent iuuare *Gell.* cur ita se dicent iuuari *LA* ‖ 15 esse *L om. A* ‖ 16 pulchros *LA* ‖ 17 et cethegos *L* ceteros *A* ‖ triumphos *LA* ‖ carthaginem *LA* ‖ 18 conuitio *A* conuicto FP^1O^1 *corr.* P^2 al. couitio *in marg.* O^2 ‖ exorta P^1 *corr.* P^2 ‖ 19 Osciuios *L* ‖ 20 mathones *L* ‖ othones *L* ‖ sepulchra *FO* ‖ 21 lacrimas *L om. A* ‖ licet *A* semper licet *L*

Burrum semper Ennius, numquam Pyrrhum; 'uí pate-
fecerúnt Bruges', non Phryges: ipsius antiqui declarant
libri; nec enim Graecam litteram adhibebant, nunc autem
etiam duas, et cum Phrygum et Phrygibus dicendum
esset, absurdum erat aut etiam in barbaris casibus Graecam
litteram adhibere aut recto casu solum Graece loqui; tamen
et Phryges et Pyrrhum aurium causa dicimus. quin etiam, 161
quod iam subrusticum uidetur, olim autem politius, eorum
uerborum quorum eaedem erant postremae duae litterae quae
sunt in optumus, postremam litteram detrahebant, nisi
uocalis insequebatur: ita non erat ea offensio in uersibus
quam nunc fugiunt poetae noui; sic enim loquebamur: 'qui
est omnibu' princeps', non omnibus princeps, et: 'uita
illa dignu' locoque', non dignus. quod si indocta con-
suetudo tam est artifex suauitatis, quid ab ipsa tandem arte
et doctrina postulari putamus? haec dixi breuius, quam si 162
hac de re una proposita disputarem, — est enim locus hic late
patens de natura usuque uerborum, — longius autem quam
instituta ratio postulabat.

Sed quia rerum uerborumque iudicium in prudentia est, 49
uocum autem et numerorum aures sunt iudices, et quod illa
ad intellegentiam referuntur, haec ad uoluptatem, in illis ratio
inuenit, in his sensus artem; aut enim neglegenda fuit nobis
uoluntas eorum quibus probari uolebamus, aut ars eius con-

1 Ribb. Trag.[2] 332 (420 V) ‖ 12 sq. Enn. Ann. 68 V ‖ 12 sqq. Quint. IX 4,38: neque Lucilium putat (putant *codd.*) uti eadem ultima, cum dicit 'Aeserninus fuit' et 'dignus locoque', et Cicero in Oratore plures antiquorum tradit sic locutos ‖ 13 sq. Lucil. l. IV 16 M (137 L)

1 burrū *A* purrum *FP* purrhum *O* ‖ nusquam *A* ‖ phyrrum *A* ‖ ui *L* bi *A* ‖ 2 Bruges *Victorius Var. Lect. XIV 3* fruges *FP* phruges *O* phry *A* ‖ 4 et Phrygibus *A* et cum Phrygibus *L* ‖ 5 etiam in *Hoerner* etiam (*om.* in) *Maduig Adu. crit. II p. 191* tam in *L* tamen (i *superscr.*) *A* ‖ 6 recte O^1 *in marg. corr.* O^2 ‖ 7 Pyrrhum *L* phyrrū *A* Phrygum *Schuetz* ‖ 8 uidebatur *A* ‖ 9 eadem *L* ‖ duae *A* duo *F et in marg.* O^2 due PO^1 ‖ 12 sic *A* ita *L* ‖ 13 omnibu *A* omnibus *L* ‖ omnib. *A* omnium *L* ‖ 14 dignu *A* dignum *L* ‖ in docta *A* ‖ 17 proposita *scripsi* postulata *A om. L* ‖ locus hic *A* hic locus *L* ‖ 20 in *A om. L* ‖ prudentiae *P* ‖ 21 et numerorum *L* et *om. A* ‖ 24 uoluntas *Bake* uoluptas *LA* ‖ uolebamus *L* uidebamur *A* ‖ ars *om.* O^1 *superscr.* O^2

163 ciliandae reperienda. duae sunt igitur res, quae permulceant aures, sonus et numerus; de numero mox, nunc de sono quaerimus. uerba, ut supra diximus, legenda sunt potissimum bene sonantia, sed ea non, ut poetae, exquisita ad sonum, sed sumpta de medio. 'Qua póntus Helles † superat Timolum ac Taúricos' — locorum splendidis nominibus inluminatus est uersus, sed proximus inquinatus insuauissima littera: 'Finís frugifera et fértilia arua Asiaé tenet.' 164 quare bonitate potius nostrorum uerborum utamur quam splendore Graecorum, nisi forte sic loqui paenitet: 'Quá tempestate Hélenam Paris', et quae sequuntur; immo uero ista sequamur asperitatemque fugiamus: 'Hábeo ego istam pérterricrepam', itemque 'uérsutiloquas málitias.'

Nec solum componentur uerba ratione, sed etiam finientur, quoniam id iudicium esse alterum aurium diximus. sed finientur aut compositione ipsa aut quasi sua sponte, ut quaedam genera uerborum, in quibus ipsis concinnitas inest; quae siue casus habent in exitu similes siue paribus paria redduntur siue opponuntur contraria, suapte natura numerosa 165 sunt, etiam si nihil est factum de industria. in huius concinnitatis consectatione Gorgiam fuisse principem accepimus; quo de genere illa nostra sunt in Miloniana: 'est enim,

5 sqq. Ribb. Trag.^{2} inc. inc. 105. 163 sq. ‖ 10 sq. ibid. 80 ‖ 12 sq. ibid. 142 ‖ 13 ibid. 114 ‖ 22 sqq. § 10: 'est igitur haec, iudices, non scripta' e. q. s.

1 reperienda *A* repetenda *L* ‖ p^{g}mulceant *A* ‖ 4 ex quisita *A* ‖ 5 helles *A* hellus *L* ‖ superat timolum *P* superat tmolum *F* superat Thinolū *O* superadmolū *A cf. Proleg.* ‖ 6 adauricos *A* ac tauricos *P* at tauricos *FO*^{1} al. auratus aries colchorum *in marg. O*^{2} ‖ 8 finis *L* finitus *A* ‖ fertilia *scripsi* feri^{t}a *A* ferta *L* efferta *coni. Lachmann ad Lucr. VI 258* ‖ Asia *L* ‖ 9 bonitati *FO*^{1} al. bonitate *in marg. O*^{2} ‖ 11 paris helenam *LA transposuit Lachmann apud Jahnium* ‖ 12 ego ista *A* istam ego *L* ‖ 13 ^{p}terricrepam *A* ‖ itemque *coni. Ernesti* idemque *L* fidem *seq. spatio duarum litterarum A* ‖ uersutiloquax *F*^{1} *corr. F*^{2} ‖ 14 componantur *A* ‖ finiantur *A* ‖ 15 sed *L* et *A* ‖ 16 fini^{a}entur *A* finiuntur *L* ‖ ipsa compositione *A* ‖ aut quasi *Schuetz* et quasi *LA* ‖ ut quaedam genera *LA* aut quodam genere *uulg.* ‖ 17 in *L om. A* ‖ 21 consectione *L* ‖ 22 quo de] quod é *F*

iudices, haec non scripta sed nata lex, quam non didicimus, accepimus, legimus, uerum ex natura ipsa arripuimus, hausimus, expressimus, ad quam non docti sed facti, non instituti sed imbuti sumus.' haec enim talia sunt, ut, quia referuntur ad ea *ad* quae debent referri, intellegamus non quaesitum esse numerum sed secutum; quod fit item in referendis contrariis, ut illa sunt, 166 quibus non modo numerosa oratio sed etiam uersus efficitur: 'Eám quam nihil accúsas damnas', — condemnas dixisset qui uersum effugere uellet, — 'béne quam meritam esse aútumas [dicis] Mále merere? id quód scis prodest níhil; id quod nescís obest?' uersum efficit ipsa relatio contrariorum; idem esset in oratione numerosum: quod scis, nihil prodest; quod nescis, multum obest: semper 50 haec, quae Graeci ἀντίϑετα nominant, cum contrariis opponuntur contraria, numerum oratorium necessitate ipsa efficiunt etiam sine industria. hoc genere antiqui iam ante Isocraten 167 delectabantur et maxime Gorgias, cuius in oratione plerumque efficit numerum ipsa concinnitas; nos etiam in hoc genere frequentes, ut illa sunt in quarto accusationis: 'conferte hanc pacem cum illo bello, huius praetoris aduentum cum illius imperatoris uictoria, huius cohortem impuram cum illius exercitu inuicto, huius libidines cum illius continentia: ab illo qui cepit conditas, ab hoc qui constitutas accepit captas dicetis Syracusas.'

9 sqq. Ribb. Trag.^{2} inc. inc. 200 sqq. ‖ 20 sqq. i. Verr. II 4,115

1 lex *L* lex est *A* ‖ 2 accepimus legimus *A et codd. or. Milon.* sed accepimus non legimus *L* ‖ ex *A om. L* ‖ 3 ipsam *A* ‖ atripuimus *P* ‖ 4 sed imbuti *L om. A* ‖ 5 haec&enī&alias ut *A* ‖ ad ea ad quae ε ea quae *A* ad ea quae *L* ‖ 7 referundis contrariis *L* contrariis referendis *A* ‖ 9 comdemnas *F* ‖ dixisset *A* diceret *L* ‖ 10 uellet *L* uoluisset *A* ‖ 11 autumas *A* autumas pro autimas *L* ‖ dicis *seclus. Stangl (Bl. f. d. b. Gymn. XVIII p. 248), cf. Proleg.* ‖ merere *FOP*^{1} mereri *AP*^{2} ‖ 12 ipsa *L* illa *A* ‖ 13 relatio *A* ratio *L* ‖ idem *A* id *L* ‖ 14 multum *L* nihil *A* ‖ ha^{o}ec A ‖ 15 quae *L* quod *A* ‖ 16 etiam *A* et eum *L* ‖ 17 hoc — Isocraten *om. P*^{1} *in marg. add. P*^{2} ‖ 19 numerus *P* ‖ 24 coepit *FP* c^{a}oepit *A*

168 Ergo et hi numeri sint cogniti, et genus illud tertium
explicetur quale sit, numerosae et aptae orationis. quod qui
non sentiunt quas auris habeant aut quid in his hominis
simile sit nescio: meae quidem et perfecto completoque uer-
borum ambitu gaudent et curta sentiunt nec amant redun-
dantia. quid dico meas? contiones saepe exclamare uidi,
cum apte uerba cecidissent; id enim exspectant aures, ut
uerbis colligetur sententia. 'non erat hoc apud antiquos.'
et quidem nihil aliud fere non erat; nam et uerba eligebant
et sententias grauis et suauis reperiebant, sed eas aut uinci-
169 ebant aut explebant parum. 'hoc me ipsum delectat,' in-
quiunt. quid, si antiquissima illa pictura paucorum colorum
magis quam haec iam perfecta delectet, illa nobis sit credo
repetenda, haec scilicet repudianda! nominibus ueterum
gloriantur; habet autem ut in aetatibus auctoritatem senectus
sic in exemplis antiquitas, quae quidem apud me ipsum ualet
plurimum, nec ego id quod deest antiquitati flagito potius
quam laudo quod est, praesertim cum ea maiora iudicem
quae sunt, quam illa quae desunt; plus est enim in uerbis
et in sententiis bonis, quibus illi excellunt, quam in con-
51 clusione sententiarum, quam non habent. post inuenta con-
clusio est, qua credo usuros ueteres illos fuisse, si iam nota
atque usurpata res esset; qua inuenta omnis usos magnos
170 oratores uidemus. sed habet nomen inuidiam, cum in oratione
iudiciali et forensi numerus [Latine, Graece ῥυθμὸς] inesse

2 sqq. 'quod — nescio' Gell. XIII 21,24 ‖ 6 sqq. 'contiones — sententia' Gell. XVIII 7,7

1 *post* cogniti *in marg. add.* O^2 al. etiam a latinis ‖ et genus *L* et *om. A* ‖ 2 quales sint *A* ‖ orationes *A* ‖ 3 hominis *L et Gell.* hominibus *A* ‖ 4 mea equidem *F* ‖ 5 curta sentiunt nec *L* cur (*seq. spatio decem fere litterarum*) ut nec *A et in marg.:* curta seni ‖ 6 quod (i *supra*) *A* quod *L* ‖ uidi cum *FA* iudicū *PO* ‖ 7 id enim *LA* etenim *Gell.* ‖ colligetur sententia *A et Gell.* colligentur sententiae *L* ‖ 9 eligebant *L* effingebant *A* ‖ 10 graus *corr.* grauis *F* ‖ 11 delectant *P* ‖ 13 delectetur *P* ‖ nobis *bis O* ‖ sint *A* sint *L* ‖ 14 silicet *P* ‖ nominibus — gloriantur *om.* P^1 *in marg. add.* P^2 ‖ 15 ut] et *O* ‖ 17 antiquitatis *A* ‖ 18 ea *L om. A* ‖ 20 boni *A* ‖ 22 credo *L* uero *A* ‖ ueteris *F* ‖ 25 Latine Graece ῥυθμὸς *LA seclus. Kayser* ‖ rythimos P^1 *corr.* P^2

dicitur; nimis enim insidiarum ad capiendas auris adhiberi
uidetur, si etiam in dicendo numeri ab oratore quaeruntur:
hoc freti isti et ipsi infracta et amputata loquuntur et eos
uituperant qui apta et finita pronuntiant; si inanibus uerbis
leuibusque sententiis, iure, sin probae res, lecta uerba, quid
est cur claudere aut insistere orationem malint quam cum
sententia pariter excurrere? hic enim inuidiosus numerus
nihil affert aliud nisi ut sit apte uerbis comprehensa sententia;
quod fit etiam ab antiquis, sed plerumque casu, saepe natura,
et quae ualde laudantur apud illos, ea fere quia sunt con-
clusa laudantur. et apud Graecos quidem iam anni prope 171
quadringenti sunt, cum hoc probatur; nos nuper agnouimus;
ergo Ennio licuit uetera contemnenti dicere: 'Versibus,
quos olim Fauni uatesque canebant', mihi de antiquis
eodem modo non licebit? praesertim cum dicturus non sim
'ante hunc', ut ille, nec quae sequuntur: 'Nos ausi reserare';
legi enim audiuique non nullos, quorum propemodum absolute
concluderetur oratio. quod qui non possunt, non est eis
satis non contemni, laudari etiam uolunt; ego autem illos
ipsos laudo, idque merito, quorum se isti imitatores esse
dicunt, etsi in iis aliquid desidero, hos uero minime, qui
nihil illorum nisi uitium sequuntur, cum a bonis absint
longissime. quodsi aures tam inhumanas tamque agrestes 172
habent, ne doctissimorum quidem uirorum eos mouebit auc-
toritas? omitto Isocratem discipulosque eius Ephorum et
Naucraten, quamquam orationis faciendae et ornandae auc-
tores locupletissimi summique ipsi oratores esse debebant;
sed quis omnium doctior, quis acutior, quis in rebus uel

11 sq. 'apud Graecos — agnouimus' Rufin. p. 570,16 sq. K ‖ 13 sqq. Ann. 222 sqq. V ‖ 23 sqq. 'quodsi — nesciunt' Rufin. p. 570,18 sqq. K

2 si *L* cum si *A* ‖ indicendo *A* ‖ numeri *A om. L* ‖ 5 iure] *in marg.* P^2: al. usi ‖ sin $P^2\gamma$ sint *LA* ‖ probae res] probares P^1 *corr.* P^2 ‖ 8 comprehensas *F* ‖ 9 saepe *LA malim* semper ‖ naturae *P* ‖ 10 coinclusa *FO* ‖ 13 contemnente *A* ‖ 17 absolutae *F* ‖ 18 qui quod *A* ‖ 19 satis *bis A* ‖ nolunt *P* ‖ 21 iis *A* his *L* ‖ 22 bonis *L* nobis *A* ‖ 24 ne *LA* nec *Rufin.* ‖ mouerit *A* ‖ 25 Euphorum *P* ‖ 27 summique *L* que *om. A* summi *om. Rufin.* ‖ debebant *A et Rufin.* debeant *L* ‖ 28 sed quis *LA* sed si quis *Rufin.* ‖ omnium *LA* hominum *Rufin.* ‖ quis acutior quis *L om. A* quis acutior *Rufin.*

inueniendis uel iudicandis acrior Aristotele fuit, quis porro
Isocrati est aduersatus infensius? is igitur uersum in oratione
uetat esse, numerum iubet; eius auditor Theodectes, in primis
ut Aristoteles saepe significat politus scriptor atque artifex,
hoc idem et sentit et praecipit; Theophrastus uero isdem
de rebus etiam accuratius. quis ergo istos ferat, qui hos
auctores non probent, nisi omnino haec esse ab iis prae-
173 cepta nesciunt? quod si ita est, — nec uero aliter existimo, —
quid, ipsi suis sensibus non mouentur? nihilne eis inane
uidetur, nihil inconditum, nihil curtum, nihil claudicans, nihil
redundans? in uersu quidem theatra tota exclamant, si fuit
una syllaba aut breuior aut longior; nec uero multitudo
pedes nouit nec ullos numeros tenet nec illud quod offendit
aut curat aut in quo offendat intellegit, et tamen omnium
longitudinum et breuitatum in sonis sicut acutarum graui-
umque uocum iudicium ipsa natura in auribus nostris con-
locauit.

52 174 Visne igitur, Brute, totum hunc locum accuratius etiam
explicemus quam illi ipsi, qui et haec et alia nobis tradi-
derunt, an iis contenti esse quae ab illis dicta sunt possumus?
sed quid quaero uelisne, cum litteris tuis eruditissime scriptis
te id uel maxime uelle perspexerim! primum ergo origo,
deinde causa, post natura, tum ad extremum usus ipse ex-
plicetur orationis aptae atque numerosae.

Nam qui Isocratem maxime mirantur, hoc in eius * summis
laudibus ferunt, quod uerbis solutis numeros primus ad-

2 sq. Rhet. III 8 ‖ 25 'nam — (§ 176) temperauit' Rufin. p. 573,27 sqq. K

1 in inueniendis *P* ‖ indicandis *P* ‖ 2 est] et F^1 *in marg. corr.* F^2 *om. Rufin.* ‖ aduersatus *LA* aduersus *Rufin.* ‖ infensius *L et Rufin.* inpensius *A* ‖ 5 et sentit *LA* et *om. Rufin.* ‖ iisdem *A et cod. Rufin. B* iis *cod. Rufin. A* et isdem *L* ‖ 7 probet *corr.* probent *A* prebent *O* ‖ omnino *L* omnino ñ *A* ‖ haec *L om. A* ‖ iis *A et Rufin.* his *L* ‖ 8 nesciunt *L et Rufin.* nesciant *A et in marg.:* uel nesciunt ‖ 9 quid *A* quia *L* ‖ ne *L om. A* ‖ 10 incunditum *P* ‖ curtum *L* incultū *A* ‖ 13 quod *L* aut *A* ‖ 14 curat aut ε curat ut *A* cur aut *L* ‖ offendit intellegat *A* 15 longitudinem et breuitatem *L* ‖ 19 alia *A* illa *L* ‖ 20 iis π his *LA* ‖ 22 id uel *AF* illud P^1O^1 *corr.* P^2O^2 ‖ 25 in eius *L et Rufin.* in omnis *A; post* eius *excidisse* orationibus *suspicatus est Lambinus, cf. Proleg.* ‖ 26 primu^s *F* primū *A*

iunxerit; cum enim uideret oratores cum seueritate audiri,
poetas autem cum uoluptate, [tum] dicitur numeros secutus,
quibus etiam in oratione uteretur, cum iucunditatis causa
tum ut uarietas occurreret satietati. quod ab his uere 175
quadam ex parte, non totum dicitur; nam neminem in eo
genere scientius uersatum Isocrate confitendum est; sed
princeps inueniendi fuit Thrasymachus, cuius omnia nimis
etiam exstant scripta numerose. nam, ut paulo ante dixi,
paria paribus adiuncta et similiter definita itemque contrariis
relata contraria, quae sua sponte, etiam si id non agas,
cadunt plerumque numerose, Gorgias primus inuenit, sed iis
est usus intemperantius; id autem est genus, ut ante dictum
est, ex tribus partibus collocationis alterum. horum uterque 176
Isocratem aetate praecurrit, ut eos ille moderatione, non
inuentione uicerit; est enim ut in transferendis faciendisque
uerbis tranquillior sic in ipsis numeris sedatior; Gorgias
autem auidior est generis eius et his festiuitatibus — sic
enim ipse censet — insolentius abutitur. quas Isocrates, cum
tamen audiuisset in Thessalia adulescens senem iam Gorgiam,
moderatius temperauit; quin etiam se ipse tantum quantum
aetate procedebat — prope enim centum confecit annos —
relaxarat a nimia necessitate numerorum, quod declarat in
in eo libro quem ad Philippum Macedonem scripsit, cum
iam admodum esset senex; in quo dicit sese minus iam
seruire numeris, quam solitus esset: ita non modo superiores
sed etiam se ipse correxerat.

23 Philipp. § 27 sq.

2 tum *LA seclus. A. Eussner Philol. 42 p. 624* ‖ 3 uteretur *A* uteremur *L et Rufin.* ‖ iocunditatis *A* ‖ 4 uarieta^ti^s *A* ‖ his *L et Rufin.* iis *A* ‖ 7 Thrasimachus *F* ‖ 8 etiam *om. Rufin.* ‖ numerosa *L* ‖ 9 difinita *P* ‖ contrarias *corr.* contrariis *A* ‖ 10 relata *LA* perlata *Rufin.* ‖ etiam *om. Rufin.* ‖ 11 primum *A* ‖ iis *AP et cod. Rufin. A* is *F* his *O et cod. Rufin. B* ‖ 12 id *A* idem *L* ‖ 13 horum *LA* eorum *Rufin.* ‖ 15 faciendisque uerbis *A om. L* ‖ 17 his *LA* iis *Rufin.* ‖ 18 cum tamen *L et Rufin.* tam̄ cū A ‖ 19 adulescens in thessalia *A* adulescens etiam in Thessalia *Rufin.* ‖ 20 moderatius *A et Rufin.* moderatius etiam *L* ‖ 21 pręcedebat *A* ‖ 22 relaxarat *L* relaxaret *A* relaxabat *Kayser* ‖ 24 se si F^1 *corr.* F^2

53 177 Quoniam igitur habemus aptae orationis eos principes auctoresque quos diximus et origo inuenta est, causa quaeratur. quae sic aperta est, ut mirer ueteres non esse commotos, praesertim cum, ut fit, fortuito saepe aliquid concluse apteque dicerent; quod cum animos hominum aurisque pepulisset, ut intellegi posset id quod casus effudisset cecidisse iucunde, notandum certe genus atque ipsi sibi imitandi fuerunt. aures enim uel animus aurium nuntio naturalem quandam in se 178 continet uocum omnium mensionem; itaque et longiora et breuiora iudicat et perfecta ac moderata semper exspectat, mutila sentit quaedam et quasi decurtata, quibus tanquam debito fraudetur offenditur, productiora alia et quasi immoderatius excurrentia, quae magis etiam aspernantur aures, quod cum in plerisque tum in hoc genere nimium quod est offendit uehementius quam id quod uidetur parum. ut igitur poetica et uersus inuentus est terminatione aurium, obseruatione prudentium, sic in oratione animaduersum est, multo illud quidem serius, sed eadem natura admonente, esse quosdam certos cursus conclusionesque uerborum.

179 Quoniam igitur causam quoque ostendimus, naturam nunc — id enim erat tertium — si placet explicemus, quae disputatio non huius instituti sermonis est, sed artis intumae. quaeri enim potest, qui sit orationis numerus et ubi sit positus et natus ex quo, et is unusne sit an duo an plures quaque ratione componatur, et ad quam rem et quando et quo loco et quem ad modum adhibitus aliquid uoluptatis

7 sqq. 'aures enim — mensionem' Non. p. 491,11 sqq.

2 dicimus *L* ‖ et *L* *om.* *A* ‖ 3 ut] id P^1 *corr.* P^2 ‖ 4 apteque *A* aperteque *L* ‖ 5 pepulisset *A* perpulisset *L* ‖ 6 posset *L* posset sed *A* ‖ cecidisset *A* ‖ 7 aures enim *L et Non.* ipse enim *A* ‖ 8 naturalem *L* naturā *A* ‖ 9 mensione *A* ‖ 11 mutila *FO* inutilia *P* multa *A* ‖ et quasi *L* quasi et *A* ‖ decurata *A* ‖ 12 alia *L* aliqua *A* ‖ 13 excurrentia *L* et currentia *A* ‖ 14 quod cum FOP^2 cum *om.* P^1 quod *om.* *A* ‖ inpleris quae *P* ‖ tum in hoc *L* tum offendit hoc *A* ‖ 15 offendit *L* *om.* *A* ‖ 16 poetica et *L* poetae *A* in poetica *Schuetz* poeticae *coni. Goeller* ‖ 17 orationem *L* ‖ 21 enim *om.* P^1 *superscr.* P^2 ‖ 22 est *om.* O^1 *superscr.* O^2 ‖ 23 queri *A* ‖ 24 ex quo *A* équo *F* e quo *PO* ‖ 25 ratione *L* oratione *A* ‖ 26 uoluptatis *L* uoluptatibus *A*

adferat. sed ut in plerisque rebus sic in hac duplex est 180 considerandi uia, quarum altera est longior, breuior altera, eadem etiam planior. est autem longioris prima illa quaestio, 54 sitne omnino ulla numerosa oratio; quibusdam enim non uidetur, quia nihil insit in ea certi ut in uersibus, et quod ipsi, qui adfirment esse eos numeros, rationem cur sint non queant reddere; — deinde, si sit numerus in oratione, qualis sit aut quales, et e poeticisne numeris an ex alio genere quodam et, si e poeticis, quis eorum sit aut qui; namque aliis unus modo aliis plures aliis omnes idem uidentur; — deinde, quicumque sunt siue unus siue plures, communesne sint omni generi orationis, quoniam aliud genus est narrandi aliud persuadendi aliud docendi, an dispares numeri cuique orationis generi accommodentur: si communes, qui sint; si dispares, quid intersit, et cur non aeque in oratione atque in uersu numerus appareat; — deinde, quod dicitur in oratione numerosum, id 181 utrum numero solum efficiatur, an etiam uel compositione quadam uel genere uerborum, an sit suum cuiusque, ut numerus interuallis, compositio uocibus, genus ipsum uerborum quasi quaedam forma et lumen orationis appareat, sitque omnium fons compositio ex eaque et numerus efficiatur et ea quae dicuntur orationis quasi formae et lumina, quae, ut dixi, Graeci uocant σχήματα. at non est unum nec 182 idem, quod uoce iucundum est et quod moderatione absolutum et quod inluminatum genere uerborum; quamquam id quidem finitimum est numero, quia per se plerumque perfectum est; compositio autem ab utroque differt, quae tota seruit grauitati uocum aut suauitati. haec igitur fere sunt, in quibus rei natura quaerenda sit.

1 ut *A* ut est *L* ‖ est *A* et POF^1 *corr.* F^2 ‖ 2 consideran diuia *A* ‖ 3 questio *A* ‖ 4 ulla *L* nulla *A* ‖ 5 et *L* *om.* *A* ‖ ipsi *L* illi *A* ‖ 6 affirmant *A* ‖ 7 qualis is sit *A* ‖ 8 quales et *L* qualis est *A* ‖ quodam — aut *om.* P^1 *in marg. add.* P^2 ‖ 9 e poeticis *L* e *om.* *A* ‖ qui namque *L* quinā quia *A* ‖ alis (*item bis deinceps*) *F* ‖ 10 omnis *A* ‖ 11 generi πε genere *L* generis *A* ‖ 12 orationi *A* ‖ 13 generi *L* generis *A* ‖ 14 communes *Manutius* omnes *L* omnis *A* ‖ 15 uersum *F* ‖ 18 sit *Lambinus* est *LA* ‖ 19 genus ipsum *LA* genere ipso *Schuetz* ‖ 23 scaemata *P* scemata *O* ‖ at *L* an *A* ‖ 24 et *A* *om.* *L* ‖ 25 quamquam *L* quam *A* ‖ id quidem finitimum *L* *om.* *A*

55 183 Esse ergo in oratione numerum quendam non est diffi-
cile cognoscere. iudicat enim sensus; in quo iniquum est
quod accidit non agnoscere, si cur id accidat reperire
nequeamus; neque enim ipse uersus ratione est cognitus,
sed natura atque sensu, quem dimensa ratio docuit quid
acciderit: ita notatio naturae et animaduersio peperit artem.
sed in uersibus res est apertior, quamquam etiam a modis
quibusdam cantu remoto soluta esse uidetur oratio maximeque
id in optimo quoque eorum poetarum qui λυϱικοὶ a Graecis
nominantur, quos cum cantu spoliaueris, nuda paene remanet
184 oratio; quorum similia sunt quaedam etiam apud nostros,
uelut illa in Thyeste: 'Quemnám te esse dícam? qui
tárda in senécta' et quae sequuntur; quae, nisi cum
tibicen accessit, orationis sunt solutae simillima. at comi-
corum senarii propter similitudinem sermonis sic saepe sunt
abiecti, ut non numquam uix in eis numerus et uersus intellegi
possit: quo est ad inueniendum difficilior in oratione numerus
185 quam in uersibus. omnino duo sunt, quae condiant ora-
tionem: uerborum numerorumque iucunditas; in uerbis inest
quasi materia quaedam, in numero autem expolitio; sed ut
ceteris in rebus necessitatis inuenta antiquiora sunt quam
186 uoluptatis, ita et Herodotus et eadem superiorque aetas
numero caruit, nisi quando temere ac fortuito*, et scriptores
perueteres de numero nihil omnino, de oratione praecepta

12 sq. Ribb. Trag.^{2} Enn. 298 (393 V) ‖ 22 Quint. IX 4,16: neque enim mihi quamlibet magnus auctor Cicero persuaserit Lysian, Herodotum, Thucydiden parum studiosos eius (sc. artis compositionis) fuisse

2 iudicat *FOA* indicat *P* ‖ inicum *F* inicium *P* ‖ in quo est iniquum *A* ‖ 3 accidat *A* accidit *L* ‖ 8 *post* cantu P^2 *superscr.* que ‖ remoto *A* remota *L* ‖ uidetur *A* uideatur *L* ‖ 9 lirici *P* ‖ 10 quos *L* eos *A* ‖ 11 nostros *L* illos *A* ‖ 12 illa *A* ille *L* ‖ qui *A* quin *L* ‖ 13 senecta *coni. Bothe Poet. Scen. V p. 66* senectute *LA*, *quod ante uocalem ferri potuisse adnotat Ribbeck* ‖ 16 abiecti *L* adiecti *A* ‖ eis *A* his *L* ‖ 17 quo *L* quod *A* ‖ 18 c̄dant *A* ‖ 20 quadam *A* ‖ 22 *inter* uoluptatis *et* ita et Herodotus *codices mutili interpolati haec habent:* ita et (*uel. om.* et) in hac re accidit ut multis saeculis ante oratio nuda ac rudis ad solos animorum sensus exprimendos fuerit reperta quam ratio numerorum causa delectationis aurium excogitata ‖ ita *scripsi* itaque *LA* ‖ 23 caruit *L* placuit *A* ‖ quando *L* quandā *A* ‖ *post* fortuito *uidetur intercidisse* accidit *uel simile aliquid*

multa nobis reliquerunt. nam quod et facilius est et magis
necessarium, id semper ante cognoscitur; itaque tralata aut 56
facta aut iuncta uerba facile sunt cognita, quia sumebantur
e consuetudine cotidianoque sermone; numerus autem non
* modo depromebatur neque habebat aliquam necessitudinem
aut cognationem cum oratione; itaque serius aliquanto notatus
et cognitus quasi quandam palaestram et extrema liniamenta
orationi adtulit. quodsi est et angusta quaedam atque con- 187
cisa et alia dilatata et fusa oratio, necesse est id non
litterarum accidere natura, sed interuallorum longorum et
breuium uarietate; quibus implicata atque permixta oratio
quoniam tum stabilis est tum uolubilis, necesse est eius
modi naturam numeris contineri. nam circumitus ille, quem
saepe iam diximus, incitatior numero ipso fertur et labitur,
quoad perueniat ad finem et insistat.

Perspicuum est igitur numeris astrictam orationem esse
debere, carere uersibus; sed ei numeri poeticine sint an ex 188
alio genere quodam deinceps est uidendum. nullus est
igitur numerus extra poeticos, propterea quod definita sunt
genera numerorum; nam omnis talis est, ut unus sit e
tribus; pes enim, qui adhibetur ad numeros, partitur in tria,
ut necesse sit partem pedis aut aequalem esse alteri parti
aut altero tanto aut sesqui esse maiorem: ita fit aequalis
dactylus, duplex iambus, sesqui paean; qui pedes in ora-
tionem non cadere qui possunt? quibus ordine locatis quod
efficitur numerosum sit necesse est; sed quaeritur, quo 189
numero aut quibus potissimum sit utendum. incidere uero

2 semper *L* semel *A* ‖ 3 iuncta *L* coniuncta *A* ‖ sumebantur *L* summadantur *A* ‖ 4 e *L om. A* ‖ 5 modo *LA; excidisse mihi uidetur* eo; domo *„antiqua scriptura“ apud Lambinum* ‖ 7 palaestram et *L* palestra *A et superscr.* est et ‖ lineamenta (i *superscr.*) *A* ‖ 8 quodsi est π quod et si FP^2O^2 et *om.* AP^1O^1 ‖ concisa *L* concessa *A* ‖ 9 alia *L* alia est *A* ‖ dilatata *A* conlatata *F* collata PO^1 collatata *in marg.* O^2 ‖ fusa *A* diffusa *L* ‖ 10 litterasrum *F* ‖ accidere *uulg.* accedere *FP et in marg.* O^2 accredere O^1 accipere *A* ‖ natura *A* naturae *L* ‖ longiorum *A* ‖ 11 quibus *L* et quibus *A* ‖ permixta *L* permissa *A* ‖ 13 naturam *L* ut naturam *A* ‖ 21 in tria *L om. A* ‖ 23 sesqui *P* sesque *FO* se sesequi *A* ‖ 24 sesqui *L* sequens *A* sesquiplex *uulg.*

omnis in orationem etiam ex hoc intellegi potest, quod uersus
saepe in oratione per imprudentiam dicimus; — est id uehe-
menter uitiosum, sed non attendimus neque exaudimus nosmet
ipsos; — senarios uero et Hipponacteos effugere uix possumus;
magnam enim partem ex iambis nostra constat oratio. sed
tamen eos uersus facile agnoscit auditor; sunt enim usita-
tissimi; inculcamus autem per imprudentiam saepe etiam
minus usitatos sed tamen uersus: uitiosum genus et longa
190 animi prouisione fugiendum. elegit ex multis Isocrati libris
triginta fortasse uersus Hieronymus peripateticus in primis
nobilis, plerosque senarios, sed etiam anapaestos: quo quid
potest esse turpius? etsi in eligendo fecit malitiose; prima
enim syllaba dempta ex primo uerbo sententiae postremum
ad uerbum primam rursus syllabam adiunxit insequentis
sententiae: ita factus est anapaestus is qui Aristophaneus
nominatur, quod ne accidat obseruari nec potest nec necesse
est. sed tamen hic corrector in eo ipso loco quo repre-
hendit, ut a me animaduersum est studiose inquirente in
eum, immittit imprudens ipse senarium. sit igitur hoc
cognitum in solutis etiam uerbis inesse numeros, eosdemque
esse oratorios qui sint poetici.

57 191 Sequitur ergo ut qui maxime cadant in orationem aptam
numeri uidendum sit. sunt enim qui iambicum putent, quod
sit orationi simillimus; qua de causa ratione fieri, ut is

1 sq. Mar. Victorin. p. 113,3 sq.: ne uersus incurrant, qui saepe imprudentibus subrepunt, quod (quia *codd.*) et Cicero in Oratore suo tangit

2 est id uehementer *A* quod uehementer est *L* ‖ 3 ex audimus *A* 4 hipponacteon *A* hypponactaeos *F* O^1 al. hypponacta eos *in marg.* O^2 hypponactacos *P* ‖ effugire *F* ‖ 5 magnam enim partem *P* ‖ 6 agnoscit *FA* cognoscit *PO fortasse* ignoscit ‖ orator (audi superscr.) *A* ‖ 9 eligit *A* ‖ Isocratis *P* ‖ 10 peripatheticus *A* ‖ 11 senarios *L* senatores *A, corr. in marg.* ‖ anapaestos *cod. Vit. man. 2* anapaesta *L* anapesti *A et in marg.* anapte ‖ 12 eligendo *FO* P^2 legendo *A* P^1 ‖ 13 ex *A* in *L* ‖ postremum *L* postremo *A* ‖ 14 rusus *F* ‖ insequentis *L* insequentē *A* ‖ 15 sententiae *A om. L* ‖ ita *A* itaque *L* ‖ aristophanaeus *F* ‖ 17 reprehendit ut *L* reprehenditur *A* ‖ 18 animū aduersus *A* ‖ inquirenti *L* ‖ 20 eosdemque *FA* eos denique *PO* ‖ 21 sunt *O* ‖ poeticis *A* ‖ 23 sit *A* et *FO* P^1 s. sit *superscr.* P^2 ‖ iambicum *L* ambiguū *A* ‖ 24 orationi *FO* oratori *P* orationis *A* ‖ ratione *A om. L* ‖ fieri ut is *L om. A*

potissimum propter similitudinem ueritatis adhibeatur in
fabulis, quod ille dactylicus numerus hexametrorum magni-
loquentiae sit accommodatior; Ephorus autem, leuis ipse
orator, sed profectus ex optima disciplina, paeana sequitur
aut dactylum, fugit autem spondeum et trochaeum; quod
enim paean habeat tris breuis, dactylus autem duas, breuitate
et celeritate syllabarum labi putat uerba procliuius, contraque
accidere in spondio et trochaeo: * quod alter e longis constet
alter e breuibus, fieri alteram nimis incitatam alteram nimis
tardam orationem, neutram temperatam. sed et illi priores 192
errant et Ephorus in culpa est; nam [et] qui paeana
praetereunt non uident mollissimum a sese numerum eun-
demque amplissimum praeteriri; quod longe Aristoteli ui-
detur secus, qui iudicat heroum numerum grandiorem, quam
desideret soluta oratio, iambum autem nimis e uulgari
esse sermone: ita neque humilem et abiectam orationem nec
nimis altam et exaggeratam probat, plenam tamen eam uult
esse grauitatis, ut eos qui audient ad maiorem admirationem
possit traducere; trochaeum autem, qui est eodem spatio 193
quo choreus, cordacem appellat, quia contractio et breuitas
dignitatem non habeat: ita paeana probat eoque ait uti
omnis, sed ipsos non sentire, cum utantur; esse autem tertium
ac medium inter illos, et ita factos eos pedes esse, ut in
eis singulis modus insit aut sesquiplex aut duplex aut par.
itaque illi, de quibus ante dixi, tantum modo commoditatis
habuerunt rationem, nullam dignitatis; iambus enim et 194

2 sq. 'quod ille — accommodatior' Non. p. 142,8 sq. ‖ 13 sqq. Rhet. III 8

1 ueritatis *L om. A* ‖ 2 quod *LA et Non.* cum *coni. Ernesti* ‖ dactylus O^1 *et Non.* dactilicus *in marg.* O^2 ‖ exametrorum *LA* ‖ 3 accommodatior *L* commodatior *A* ‖ lenis *ex* leuis P^2 al. lenis *in marg.* O^2 ‖ 4 sed *L* et *A* ‖ paena P^1 *corr.* P^2 ‖ 5 spondaeum *F* ‖ quod *L* quo *A* ‖ 6 *omnia quae sunt inter* enim *et § 231*— per uersetur *om. A* ‖ peana O^1 *in marg. corr.* O^2 ‖ 8 *ante* quod *excidisse mihi uidetur* quorum ‖ constet *coni. Ernesti* constaret *L* ‖ 9 fieri *coni. Ernesti* fieret *L* ‖ 11 et *seclus. Manutius* ei *Jahn* ‖ 16 et abiectam *Lambinus* nec abiectam *L* ‖ 18 audienst *F* audiant *uulg.* ‖ 20 choraeus *F* ‖ cordacem *L* κορδακικόν *Schuetz, sed cf. Quint. IX 4,88* ‖ 21 pena O^1 *in marg. corr.* O^2 ‖ 23 et ita *Sauppe apud Jahnium* sed ita *L* ‖ 24 eis *delendum esse suspicatus est Ernesti*

dactylus in uersum cadunt maxime; itaque ut uersum fugimus in oratione, sic hi sunt euitandi continuati pedes; aliud enim quiddam est oratio nec quicquam inimicius quam illa uersibus; paean autem minime est aptus ad uersum: quo libentius eum recepit oratio. Ephorus uero ne spondeum quidem, quem fugit, intellegit esse aequalem dactylo, quem probat; syllabis enim metiendos pedes, non interuallis existimat; quod idem facit in trochaeo, qui temporibus et interuallis est par iambo, sed eo uitiosus in oratione, si ponatur extremus, quod uerba melius in syllabas longiores cadunt. atque haec, quae sunt apud Aristotelen, eadem a
195 Theophrasto Theodecteque de paeane dicuntur; ego autem sentio omnis in oratione esse quasi permixtos et confusos pedes, nec enim effugere possemus animaduersionem, si semper isdem uteremur, quia nec numerosa esse, ut poema, neque extra numerum, ut sermo uulgi, esse debet oratio: alterum nimis est uinctum, ut de industria factum appareat, alterum nimis dissolutum, ut peruagatum ac uulgare uideatur;
196 ut ab altero non delectere, alterum oderis. sit igitur, ut supra dixi, permixta et temperata numeris nec dissoluta nec tota numerosa *oratio*, paeane maxime, quoniam optimus auctor ita censet, sed reliquis etiam numeris, quos ille praeterit, temperata.

58 Quos autem numeros cum quibus tanquam purpuram misceri oporteat, nunc dicendum est, atque etiam, quibus orationis generibus sint quique accommodatissimi. iambus enim frequentissimus est in iis quae demisso atque humili
197 sermone dicuntur, paean autem in amplioribus, in utroque

11 Rhet. III 8 ‖ 26 sqq. ‘iambus enim — temperandi’ Rufin. p. 577,17 sqq. K

2 hi *F O* P^1 ii P^2 ‖ 3 inimicicius *O* ‖ 5 recipit *O* ‖ spondaeum *F* ‖ 6 fugit π fecit *L* ‖ 9 uitiosus *Manutius* uitiosius *L* ‖ 12 Theoprasto *P* ‖ Theodocteque *O* ‖ paeane *P O* paene *F* ‖ 15 poema *F O* P^1 ta *superscr.* P^2 ‖ 16 essė *uulg.* est *L* ‖ 17 uinctum *F* iunctum *P O* ‖ 21 oratio *addidi, om. L* ‖ 22 auctor ita *F* autorita *seq. spatio sex litterarum* O^1 al. autoritate *in marg.* O^2 aucturitate *P* ‖ 27 iis *Rufin.* his *L*

dactylus; itaque in uaria et perpetua oratione hi sunt inter se miscendi et temperandi: sic minime animaduertetur delectationis aucupium et quadrandae orationis industria. quae latebit eo magis, si et uerborum et sententiarum ponderibus utemur; nam qui audiunt haec duo animaduertunt et iucunda sibi censent, uerba dico et sententias; eaque dum animis attentis admirantes excipiunt, fugit eos et praeteruolat numerus; qui tamen si abesset, illa ipsa delectarent minus. nec uero is cursus est numerorum, — orationis dico; nam 198
est longe aliter in uersibus, — nihil ut fiat extra modum; nam id quidem esset poema; sed omnis nec claudicans nec quasi fluctuans et aequaliter constanterque ingrediens numerosa habetur oratio, atque id in dicendo numerosum putatur, non quod totum constat e numeris, sed quod ad numeros proxime accedit. quo etiam difficilius est oratione uti quam uersibus, quod in illis certa quaedam et definita lex est, quam sequi sit necesse, in dicendo autem nihil est propositum, nisi aut ne immoderata aut angusta aut dissoluta ac fluens sit oratio. itaque non sunt in ea tamquam tibicini percussionum modi; sed uniuersa comprehensio et species orationis clausa et terminata est, quod uoluptate aurium iudicatur.

Solet autem quaeri, totone in ambitu uerborum numeri 59 199
tenendi sint an in primis partibus atque in extremis; plerique enim censent cadere tantum numerose oportere terminarique sententiam. est autem ut id maxime deceat, non ut solum; ponendus est enim ille ambitus, non abiciendus; quare cum aures extremum semper exspectent in eoque adquiescant, id uacare numero non oportet, sed ad hunc exitum iam a principio ferri debet uerborum illa comprehensio et tota a capite ita fluere, ut ad extremum ueniens ipsa consistat: id 200

1 itaque *Rufin.* ita *L* ‖ hi *F O* P^1 ii P^2 ‖ 2 se *F* P^2 *om. O* P^1 ‖ 8 delectarent minus nec uero *scripsi* minus delectarent nec uero *Purgold* delectarent nec uero minus *L* ‖ 12 aequaliter *L* aequabiliter *coni. Schuetz, cf. Stangl Wochenschr. f. kl. Ph. 1884 p. 651* ‖ 18 angusta *F P* augusta *O* ‖ 19 ac fluens *scripsi* et fluens *Kayser* aut fluens *L* ‖ 20 tibicini *L* tibicinis π tibicinii *Orelli* ‖ 25 *ante* tantum *F induxit* tamen ‖ 26 ut solum *Bake* id solum *L* ‖ 29 iam *scripsi* tam *F* P^1 O^1 tam̄ P^2 al. tamen *in marg.* O^2

autem bona disciplina exercitatis, qui et multa scripserint et quaecumque etiam sine scripto dicerent similia scriptorum effecerint, non erit difficillimum. ante enim circumscribitur mente sententia confestimque uerba concurrunt, quae mens eadem, qua nihil est celerius, statim dimittit, ut suo quodque loco respondeat; quorum discriptus ordo alias alia terminatione concluditur. atque omnia illa et prima et media uerba
201 spectare debent ad ultimum; interdum enim cursus est in oratione incitatior, interdum moderata ingressio, ut iam a principio uidendum sit quem ad modum uelis uenire ad extremum. nec in numeris magis quam in reliquis ornamentis orationis, eadem cum faciamus quae poetae, effugimus tamen in oratione poematis similitudinem; est enim in utroque et materia et tractatio: materia in uerbis, tractatio in con-
60 locatione uerborum; ternae autem sunt utriusque partes, uerborum: tralatum, nouum, priscum, — nam de propriis nihil hoc loco dicimus; — collocationis autem eae quas diximus:
202 compositio, concinnitas, numerus. sed in utroque frequentiores sunt et liberiores poetae; nam et transferunt uerba cum crebrius tum etiam audacius et priscis libentius utuntur et liberius nouis; quod idem fit in numeris, in quibus quasi necessitati parere coguntur; sed tamen haec nec nimis esse diuersa neque nullo modo coniuncta intellegi licet: ita fit ut non item in oratione ut in uersu numerus exstet idque quod numerosum in oratione dicitur non semper numero fiat, sed non numquam aut concinnitate aut constructione uerborum.
203 ita si numerus orationis quaeritur qui sit, omnis est, sed alius alio melior atque aptior; si locus: in omni parte uerborum; si unde ortus sit: ex aurium uoluptate; si componendorum ratio, dicetur alio loco, quia pertinet ad usum, quae pars quarta et extrema nobis in diuidendo fuit; si ad quam rem adhibeatur: ad delectationem; si quando: semper; si quo loco: in tota continuatione uerborum; si quae res efficiat uoluptatem: eadem quae in uersibus, quorum modum

11 innumeris *F* ‖ 15 tertiae P^1 *corr.* P^2 ‖ 17 collocationis *Manutius* collocationes *L* ‖ 22 nec *FP et in marg.* O^2 non O^1 ‖ 23 nullo *Goeller* ullo *L*

notat ars, sed aures ipsae tacito eum sensu sine arte definiunt.

Satis multa de natura; sequitur usus, de quo est accu- 61 204
ratius disputandum. in quo quaesitum est, in totone circuitu illo orationis, quem Graeci περίοδον, nos tum ambitum tum circuitum tum comprehensionem aut continuationem aut circumscriptionem dicimus, an in principiis solum an in extremis an in utraque parte numerus tenendus sit; — deinde, cum aliud uideatur esse numerus aliud numerosum, quid
intersit; — tum autem, in omnibusne numeris aequaliter par- 205
ticulas deceat incidere an facere alias breuiores alias longiores, idque quando aut cur; quibusque partibus, pluribusne an singulis, imparibus an aequalibus, et quando aut istis aut illis sit utendum, quaeque inter se aptissime conlocentur et quo modo, an omnino nulla sit in eo genere distinctio; quodque ad rem maxime pertinet, qua ratione numerosa fiat
oratio; — explicandum etiam est, unde orta sit forma uerborum, 206
dicendumque, quantos circuitus facere deceat, deque eorum particulis et tamquam incisionibus disserendum est, quaerendumque, utrum una species et longitudo sit earum anne plures et, si plures, quo loco aut quando quoque genere uti oporteat; — postremo totius generis utilitas explicanda est, quae quidem patet latius; non ad unam enim rem aliquam, sed ad plures accommodatur.

Ac licet non ad singula respondentem de uniuerso 207
genere sic dicere, ut etiam singulis satis responsum esse uideatur. remotis igitur reliquis generibus unum selegimus hoc, quod in causis foroque uersatur, de quo diceremus. ergo in aliis, id est in historia et in eo quod appellamus ἐπιδεικτικόν, placet omnia dici Isocrateo Theopompeoque more illa circumscriptione ambituque, ut tamquam in orbe

5 sqq. Quint. IX 4,124 (= Diomed. p. 465,24 sqq.): periodo plurima nomina dat Cicero: ambitum, circumitum, conprensionem, continuationem, circumscriptionem

1 tacito FO^1 al. tam cito *in marg.* O^2 tam cito *in ras.* P^2 ‖ sensu π sensum *L* ‖ 5 perihodum *L* ‖ 11 breuioris *F* ‖ longioris *F* ‖ 13 istis *L* his *uulg.* ‖ 17 est *om.* P^1 *superscr.* P^2 ‖ etiam est *L* est etiam *Meyer ex cod. Monac.* ‖ 25 singula *Bake* singulas res *L*

inclusa currat oratio, quoad insistat in singulis perfectis
208 absolutisque sententiis; itaque posteaquam est nata haec uel circumscriptio uel comprehensio uel continuatio uel ambitus, si ita licet dicere, nemo, qui aliquo esset in numero, scripsit orationem generis eius quod esset ad delectationem comparatum remotumque a iudiciis forensique certamine, quin redigeret omnis fere in quadrum numerumque sententias; nam cum is est auditor qui non uereatur ne compositae orationis insidiis sua fides adtemptetur, gratiam
62 209 quoque habet oratori uoluptati aurium seruienti. genus autem hoc orationis neque totum adsumendum est ad causas forenses neque omnino repudiandum; si enim semper utare, cum satietatem affert tum quale sit etiam ab imperitis agnoscitur; detrahit praeterea actionis dolorem, aufert humanum sensum auditoris, tollit funditus ueritatem et fidem. sed quoniam adhibenda non numquam est, primum uidendum est quo loco, deinde quam diu retinenda sit, tum quot modis
210 commutanda. adhibenda est igitur numerosa oratio, si aut laudandum est aliquid ornatius, ut nos in accusationis secundo de Siciliae laude diximus, ut in senatu de consulatu † meo, aut exponenda narratio, quae plus dignitatis desiderat quam doloris, ut in quarto accusationis de Hennensi Cerere, de Segestana Diana, de Syracusarum situ diximus. saepe etiam in amplificanda re concessu omnium funditur numerose et uolubiliter oratio: id nos fortasse non perfecimus, conati quidem saepissime sumus, quod plurimis locis perorationes nostrae uoluisse nos atque animo contendisse declarant; id autem tum ualet, cum is qui audit ab oratore iam obsessus est ac tenetur; non enim id agit ut insidietur et obseruet, sed iam fauet processumque uolt dicendique uim admirans
211 non anquirit quid reprehendat. haec autem forma retinenda

19 i. Verr. II 2, 2 sqq. ‖ 22 ibid. II 4, 106 sqq. 72 sqq. 117 sqq.

8 cūçis *F* ‖ 10 seruientiș *F* ‖ 11 adsummendum *F* ‖ 15 auditoris *scripsi* actoris *FO* auctoris *P cf. Proleg.* ‖ 18 aut *O et in marg.* F^2 *om.* F^1 haud *P* ‖ 20 ut ε aut *L* ‖ 21 meo *L, quod haud scio an corruptum sit* ‖ desiderat *L* desideret *coni. Ernesti* ‖ 31 anquirit π inquirit *cod. Vit.* adquirit *FP* acquirat O^1 acquirit *in marg.* O^2 ‖ reprehendat *uulg.* prehendat *O* prendat *FP*

non diu est, non dico in peroratione, quam ipsam includit, sed in orationis reliquis partibus; nam cum sis iis locis usus quibus ostendi licere, transferenda tota dictio est ad illa quae nescio cur, cum Graeci κόμματα et κῶλα nominent, nos non recte incisa et membra dicamus; — neque enim esse possunt rebus ignotis nota nomina, sed cum uerba aut suauitatis aut inopiae causa transferre soleamus, in omnibus hoc fit artibus, ut, cum id appellandum sit quod propter rerum ignorationem ipsarum nullum habuerit ante nomen, necessitas cogat aut nouum facere uerbum aut a simili mutuari.

Quo autem pacto deceat incise membratimue dici iam 63 212
uidebimus; nunc quot modis mutentur comprehensiones conclusionesque dicendum est. fluit omnino numerus a primo tum incitatius breuitate pedum tum proceritate tardius; cursum contentiones magis requirunt, expositiones rerum tarditatem; insistit autem ambitus modis pluribus, e quibus unum est secuta Asia maxime, qui dichoreus uocatur, cum duo extremi chorei sunt, id est e singulis longis et breuibus; explanandum est enim, quod iam ab aliis eidem pedes aliis uocabulis nominantur. dichoreus non est ille quidem sua sponte 213
uitiosus in clausulis, sed in orationis numero nihil est tam uitiosum, quam si semper est idem; cadit autem per se ille ipse praeclare, quo etiam satietas formidanda est magis. me stante C. Carbo C. F. tr. pl. in contione dixit his uerbis: 'o M. Druse, patrem appello,' — haec quidem duo binis

14 sqq. 'fluit — tarditatem' Rufin. p. 570,29 sqq. K ‖ 17 sqq. 'insistit — nominantur' et 22 sqq. 'sed — magis' Rufin. p. 567,30 sqq. K ‖ 18 sq. Mar. Victorin. p. 90,17 sq.: ditrochaeum, id est duplicem trochaeum, quem dichorium in Oratore Cicero noster appellat ‖ 26 sqq. 'o M. Druse — optimum probat' et § 215 sq. 'sed sunt — tarditate compensat' Rufin. p. 576,8 sqq. K ‖ 26 sq. 'haec — solebas' Non. p. 130,12 sq.

1 non dico *Sauppe apud Jahnium* nec dico *L* ‖ ipsam *Beier* ipse *L* ‖ 2 hiis ε his *L* ‖ 3 licere π liceret *L* ‖ 9 ignorationem ipsarum *L malim* ipsarum ignorationem ‖ 10 cogat *uulg.* cogit *L* ‖ 15 incitatus *P* ‖ 20 quod iam *Rufin.* iam *om. L* quoniam *Stangl Bl. f. d. b. Gymn. XVIII p. 262* ‖ ab aliis *Rufin.* ab illis *L* ‖ 21 dichoreius *F* ‖ 23 ille ipse *L* ipse ille *Rufin.* ‖ 26 M. *PO et in marg.* F^2 mi F^1 ‖ patrem *L* parem *Rufin.* ‖ duo binis *L* duobus in his *Rufin.*

pedibus incisim; dein membratim: ‘tu dicere solebas sacram esse rem publicam;’ — haec item membra ternis; 214 post ambitus: ‘quicumque eam uiolauissent, ab omnibus esse ei poenas persolutas;’ — dichoreus; nihil enim ad rem, extrema illa longa sit an breuis; deinde: ‘patris dictum sapiens temeritas filii comprobauit’ — hoc dichoreo tantus clamor contionis excitatus est, ut admirabile esset. quaero nonne id numerus effecerit? uerborum ordinem immuta, fac sic: ‘comprobauit filii temeritas’: iam nihil erit, etsi ‘temeritas’ ex tribus breuibus et longa est, 215 quem Aristoteles ut optimum probat, a quo dissentio. ‘at eadem uerba, eadem sententia.’ animo istuc satis est, auribus non satis. sed id crebrius fieri non oportet; primum enim numerus agnoscitur, deinde satiat, postea cognita facilitate 64 contemnitur. sed sunt clausulae plures, quae numerose et iucunde cadant; nam et creticus, qui est e longa et breui et longa, et eius aequalis paean, qui spatio par est, syllaba longior, qui commodissime putatur in solutam orationem

---

6 sq. Quint. IX 4,103: (dichorei) exemplum Cicero ponit: ‘patris — comprobauit’ ‖ 11 Rhet. III 8 ‖ §§ 215—218 Mart. Cap. lib. de rhet. p. 476,6 sqq. H: pedes sunt asserendi, quibus clausulae decenter aptentur: quos quidem Cicero quadam permixta confusione perturbat, dum dicit modo ditrochaeo concludendum, modo paeonem primum probat incipientibus modo finientibus (quartum *dubitans add. Halm*) modo dochmium, qui constat ex breui, duabus longis, breui et longa, cuius exemplum posuit ‘amicos tenes’; item amphimacrum pedem et rursum dactylicum numerum laudat: modo anapaesticum modo dithyrambum laudat, nec tamen certa sententia est; cf. Rufin. p. 577,1 sqq. K: Donatus de structuris et pedibus oratoriis sic dicit: ‘Cicero in exornatione sententiae clausulaque ponenda modo ditrochaeum probat pedem, modo paeana primum aptum incipientibus, modo paeana quartum finientibus congruum, modo dochmium ex breui et duabus longis et breui et longa, cuius exemplum posuit ‘amicos tenes’, modo amphimacrum pedem. et rursus (= *de or. III 185*) modo dactylicum numerum modo anapaesticum modo dithyrambicum laudat’

---

1 dein *L* deinde *Non. et Rufin.* ‖ tu *L et Rufin.* tum *Non.* ‖ 3 eam *L om. Rufin.* ‖ uiolasset *Rufin.* ‖ 4 dichoreius *F* ‖ 6 patris *L* paris *Rufin.* ‖ 7 dichoreio *F* ‖ 11 quem *Rufin.* quam *F*O^1 al. quem *in marg.* O^2 quae P^1 *corr.* quē P^2 ‖ 12 uerba et eadem *O* ‖ satis est — fieri *om.* P^1 *in marg. add.* P^2 ‖ 15 numerosae *F* ‖ 16 iucundae *F* ‖ 18 qui *L et Rufin.* quam *uulg.*

inligari, cum sit duplex: nam aut e longa est et tribus breuibus, qui numerus in primo uiget, iacet in extremo, aut e totidem breuibus et longa, in quem optume cadere censent ueteres, ego non plane reicio, sed alios antepono: ne spondius 216 quidem funditus est repudiandus, etsi, quod est e longis duabus, hebetior uidetur et tardior; habet tamen stabilem quendam et non expertem dignitatis gradum, in incisionibus uero multo magis et in membris; paucitatem enim pedum grauitate sua et tarditate compensat. sed hos cum in clausulis pedes nomino, non loquor de uno pede extremo: adiungo, quod minimum sit, proximum superiorem, saepe etiam tertium. ne iambus quidem, qui est e breui et longa, 217 aut par choreo trochaeus, qui habet tris breues, sed spatio par, non syllabis, aut etiam dactylus, qui est e longa et duabus breuibus, si est proximus a postremo, parum uolubiliter peruenit ad extremum, si est extremus choreus aut spondius; numquam enim interest, uter sit eorum in pede extremo; sed idem hi tres pedes male concludunt, si quis eorum in extremo locatus est, nisi cum pro cretico postremus est dactylus. nihil enim interest, dactylus sit extremus an creticus, quia postrema syllaba breuis an longa sit ne in uersu quidem refert; quare etiam paeana qui dixit aptiorem, 218 in quo esset longa postrema, uidit parum, quoniam nihil ad

---

8 sqq. cf. Rufin. p. 575,12 sqq. K: Pompeius Messalinus de numeris et pedibus oratorum sic dicit: ‘Cicero spondeum incisis idoneum putat, quia, ut ait, paucitatem pedum grauitate sua et tarditate compensat; dochmium aptum quouis loco esse, dum semel ponatur, quoniam continuatus numerum asperum efficiat; dichoreum quoque praeclare cadere: sed palmam de omnibus cretico tribuit’ ‖ 9 sqq. ‘sed hos — (§ 218) numerus a quibusdam, non pes existimatur’ Rufin. p. 574,18 sqq. K; idem p. 577,10 sqq.: ‘iam paean (= § 218), quod plures habet syllabas quam tres, numerus a quibusdam, non pes habetur: est quidem — quouis loco aptus est’ ‖ 13 Pseudo-Caesius p. 307,10 sq.: (tribrachyn) Cicero eundem in Oratore etiam trochacum appellauit

---

3 e *Rufin. om. L* ‖ in *L om. Rufin.* ‖ 5 est funditus *Rufin.* ‖ 6 duabus *L om. Rufin.* ‖ 9 grauitate sua et *in marg.* O^2 *et Rufin.* grauitatis suaet *F* grauitatis suae *P* grauitatis sue O^1 ‖ 11 uero saepe *P* ‖ 13 choreio *F* ‖ trochaeus *om. L post* breues *habet Rufin.; post* choreo *posuit Meyer* ‖ 16 choreius *F* ‖ 18 concludunt *L* concluduntur *Rufin.* ‖ 22 paena P^1 *corr.* P^2 ‖ aptiorem *L* artiorem *Rufin.* ‖ 23 uidit *L* uidet *Rufin.*

rem est, postrema quam longa sit. iam paean, quod plures habeat syllabas quam tris, numerus a quibusdam, non pes habetur; est quidem, ut inter omnis constat antiquos, Aristotelem, Theophrastum, Theodecten, Ephorum, unus aptissimus orationi uel orienti uel mediae: putant illi etiam cadenti, quo loco mihi uidetur aptior creticus. dochmius autem e quinque syllabis, breui, duabus longis, breui, longa, ut est hoc: 'amicos tenes', quouis loco aptus est, dum semel ponatur: iteratus aut continuatus numerum apertum

65 219 et nimis insignem facit. his igitur tot commutationibus tamque uariis si utemur, nec deprehendetur manifesto quid a nobis de industria fiat et occurretur satietati. et quia non *numero solum* numerosa oratio sed et compositione fit et genere, quod ante dictum est, concinnitatis, — compositione potest intellegi, cum ita structa uerba sunt, ut numerus non quaesitus sed ipse secutus esse uideatur, ut apud Crassum: 'nam ubi lubido dominatur, innocentiae leue praesidium est'; ordo enim uerborum efficit numerum sine ulla aperta oratoris industria; — itaque si quae ueteres illi, Herodotum dico et Thucydidem totamque eam aetatem, apte numeroseque dixerunt, ea sic non numero quaesito, sed

220 uerborum conlocatione ceciderunt; formae uero quaedam sunt orationis, in quibus ea concinnitas est ut sequatur numerus necessario: nam cum aut par pari refertur aut contrarium contrario opponitur aut quae similiter cadunt uerba uerbis comparantur, quidquid ita concluditur, plerumque fit ut

---

6 sqq. Pseudo-Caesius p. 308,26 sqq.: pentasyllabum, quem Cicero dochmium uocat, qui constat ex breui duabus longis breui et longa syllabis, ut est senatoriae et, ut idem Cicero posuit, 'amicos tenes'

---

1 paean *Rufin.* paeana *L* ‖ 2 habeat *L* habet *Rufin.* ‖ quam tris *L et Rufin. p. 577, om. idem p. 574* ‖ 3 habetur *L* existimatur *Rufin. p. 574; p. 577 cod. Rufin. B*: non pes in habetur nominatur, *et A:* non pes *superscriptis* s. habetur nominatur; nominatur *superscripto* habetur *in archetypo fuisse uidetur Keilio* ‖ 4 Theodecten *Rufin.* Theodectum *FP* Theodoctum *O* ‖ 6 dochmius *Rufin.* dochimius FOP^2 dachimius P^1 ‖ 8 ut est hoc *L* hoc est *Rufin.* ‖ 13 numero solum *om. L pro* numerosa *habet cod. Vit.* ‖ fit *om. P* ‖ 14 ante *uulg.* aut *L* ‖ *uerba* compositione — (19) industria *per parenthesin distinxit F. C. L. Trojel Jbb. f. Philol. 73 p. 183 sq.* ‖ 15 cum *uulg.* quam *L* ‖ 21 sic *scripsi* si *L* ‖ 26 quidquid *uulg.* quid quod *L* ‖ fit *uulg.* sic *L*

numerose cadat, quo de genere cum exemplis supra diximus; ut haec quoque copia facultatem afferat non semper eodem modo desinendi. nec tamen haec ita sunt arta et astricta, ut ea, cum uelimus, laxare nequeamus: multum interest utrum numerosa sit, id est similis numerorum, an plane e numeris constet oratio; alterum si fit, intolerabile uitium est, alterum nisi fit, dissipata et inculta et fluens est oratio.

Sed quoniam non modo non frequenter uerum etiam 66 221 raro in ueris causis ac forensibus circumscripte numeroseque dicendum est, sequi uidetur ut uideamus, quae sint illa quae supra dixi incisa, quae membra; haec enim in ueris causis maximam partem orationis optinent. constat enim ille ambitus et plena comprehensio e quattuor fere partibus, quae membra dicimus, ut et aures impleat et neque breuior sit, quam satis sit, neque longior: quamquam utrumque non numquam uel potius saepe accidit, ut aut citius insistendum sit aut longius procedendum, ne breuitas defrudasse auris uideatur neue longitudo obtudisse; sed habeo mediocritatis rationem, nec enim loquor de uersu, et est liberior aliquanto oratio. † e quattuor igitur quasi hexametrorum instar uersuum 222 quod sit constat fere plena comprehensio; his igitur singulis uersibus quasi nodi apparent continuationis, quos in ambitu coniungimus; sin membratim uolumus dicere, insistimus atque, cum opus est, ab isto cursu inuidioso facile nos et saepe diiungimus. sed nihil tam debet esse numerosum quam hoc, quod minime apparet et ualet plurimum; ex hoc genere illud est Crassi: 'missos faciant patronos; ipsi prodeant;' — nisi interuallo dixisset 'ipsi prodeant', sensisset

---

20 sq. cf. Quint. IX 4,125: modus eius (sc. periodi) a Cicerone aut quattuor senariis uersibus aut ipsius spiritus modo terminatur; Diomed. p. 466,21: modum eius Cicero quattuor senariis uersibus terminauit

---

1 numerosa P^1 *corr.* P^2 ‖ 5 nemerorum F^1 *corr.* F^2 ‖ 8 set *P* ‖ 9 ac *Piderit* (*idem post* forensibus *add.* disceptationibus) aut *L* ‖ circumscriptae numerosaeque *F* ‖ 11 hae *F* hec O^1 he *in marg.* O^2 ‖ 14 et neque *scripsi* et nene *L* ‖ 17 defrudasse *F et in marg.* P^2O^2 defr*udasse P^1 defraudasse O^1 ‖ 18 neue FPO^2 ue *om.* O^1 ‖ 20 e quattuor *e. q. s. corrupta uidentur* ‖ exametrorum *L* ‖ 23 atque *scripsi, item Stangl Wochenschr. f. kl. Philol. I p. 652* idque *L* ‖ 24 opis F^1 *corr.* F^2

profecto effugisse senarium; omnino melius caderet 'prodeant
223 ipsi', sed de genere nunc disputo; — 'cur clandestinis consiliis nos oppugnant? cur de perfugis nostris copias comparant contra nos?' prima sunt illa duo, quae *κόμματα* Graeci uocant, nos incisa dicimus; deinde tertium *κῶλον* illi, nos membrum; sequitur comprehensio non longa — ex duobus enim uersibus, id est membris, perfecta est — et in spondios cadit. et Crassus quidem sic plerumque
67 dicebat, idque ipse genus dicendi maxime probo; sed quae incisim aut membratim efferuntur, ea uel aptissime cadere debent, ut est apud me: 'domus tibi deerat? at habebas;
224 pecunia superabat? at egebas'; — haec incise dicta sunt quattuor; at membratim quae sequuntur duo: 'incurristi amens in columnas; in alienos insanus insanisti'; — deinde omnia tamquam crepidine quadam comprehensione longiore sustinentur: 'depressam, caecam, iacentem domum pluris quam te et quam fortunas tuas aestimasti' — dichoreo finitur. at spondeis proximum illud; nam in his, quibus ut pugiunculis uti oportet, breuitas facit ipsa liberiores pedes; saepe enim singulis utendum est, plerumque binis, et utrisque addi pedis pars potest, non

3 sq. 'cur de perfugis — contra nos' Quint. IX 4,101; 'cur de perfugis — (§ 226) numerosa conprehensio' Rufin. p. 571,3 sqq. K ‖ 11 sqq. orationis Scaurianae fragmentis adscripsit Sigonius (Fragm. Cic. Ven. 1559 p. 164) ‖ 11 sq. 'domus — egebas' Quint. IX 2,15; ibid. 4,122 (= Diom. p. 466,5 sqq.): tale est enim, quo Cicero utitur: 'domus — egebas'; cf. Aquil. Rom. c. 22 (p. 30,1 sq. H); Mart. Cap. lib. de rhet. p. 480,13 sq. H ‖ 15 Val. Prob. p. 211,34: cum Cicero in Oratore crepidinem dicat

1 profecto effugisse *PO* profectos effugisse *F* profecto se fudisse π ‖ 3 perfugis *Quint. et Rufin.* perfugiis *L* ‖ 4 comparant *L et Rufin.* comparat is *codd. Quint. AG* comparatis *codd. Quint. MS* ‖ 6 comprehensio *hic posuit Schuetz; post* perfecta *habent L et Rufin.*; sequitur non longa (ex duobus enim uersibus, id est membris, perfecta est) comprehensio: et in spondeos cadit *Lambinus* ‖ 12 incisa *PO* ‖ 14 alienos *L* alienis *Rufin.* ‖ insanus *L om. Rufin.* ‖ 16 substinentur *P* ‖ 17 quam fortunas *L* quam *om. Rufin.* ‖ 18 dichoreio *F* ‖ finitur *L* finitum *Rufin.* ‖ spondeis *Rufin.* spondius *L* ‖ 19 in *L om. Rufin.* ‖ pugiunculis *Rufin.* pungiunculis *L* ‖ facit *POF*[2] fecit *F*[1] faciet *Rufin.* ‖ 21 utrisque *Rufin.* utriusque *L*

fere ternis amplius. incisim autem et membratim tractata 225
oratio in ueris causis plurimum ualet, maxumeque iis locis, cum aut arguas aut refellas, ut nos in Corneliana secunda: 'o callidos homines, o rem excogitatam, o ingenia metuenda!' — membratim adhuc; deinde caesim: 'diximus', — rursus membratim: 'testis dare uolumus'; — extrema sequitur comprehensio, sed ex duobus membris, qua non potest esse breuior: 'quem, quaeso, nostrum fefellit ita uos esse facturos?' nec ullum genus est 226
dicendi aut melius aut fortius, *quam* binis aut ternis ferire uerbis, non nunquam singulis, paulo alias pluribus, inter quae uariis clausulis interponit se raro numerosa comprehensio; quam peruerse fugiens Hegesias, dum ille quoque imitari Lysian uolt alterum paene Demosthenen, saltat incidens particulas, et is quidem non minus sententiis peccat quam uerbis, ut non quaerat quem appellet ineptum qui illum cognouerit. sed ego illa Crassi et nostra posui, ut qui uellet auribus ipsis quid numerosum etiam in minimis particulis orationis esset iudicaret.

Et quoniam plura de numerosa oratione diximus quam quisquam ante nos, nunc de eius generis utilitate dicemus.
nihil enim est aliud, Brute, quod quidem tu minime omnium 68 227
ignoras, pulchre et oratorie dicere, nisi optimis sententiis uerbisque lectissimis dicere; sed nec sententia ulla est, quae fructum oratori ferat, nisi apte exposita atque absolute, nec

4 sqq. Quint. IX 4,123 (= Diom. p. 466,9 sqq.): 'o callidos homines' perfectum est, sed remotum a ceteris uim non habet, ut per se manus et pes et caput: 'o rem excogitatam'; quando ergo incipit corpus esse? cum uenit extrema conclusio: 'quem — facturos?' quam Cicero breuissimam putat ‖ 5 sq. Quint. IX 4,122 (= Diom. p. 466,7 sq.): 'diximus, testes dare uolumus': incisum est 'diximus'

1 tractata *L* tracta *Rufin.* ‖ 2 iis *Rufin.* his *L* ‖ 3 nos *Rufin.* nostra *L* ‖ 4 calidos *P* ‖ ingenua *O* ‖ 5 deinde *L* dein *Rufin.* ‖ 8 quaeso *uulg.* quasi *L et Quint. Diom. Rufin.* ‖ 9 fefellit *L* refellit *Rufin.* ‖ ita uos *FO et Rufin.* ita nos *P* id uos ita *Quint. et Diom.* ‖ 10 dicendi est *Rufin.* ‖ quam *add.* ε ‖ ferire *F et in marg.* O^2 ferre PO^1 ‖ 12 quae *Rufin.* quas *L* ‖ se interponit *Rufin.* ‖ 13 egesias *F* egesyas *PO* ‖ 24 lectissimis π lectissime *L* ‖ sed *Maduig Adu. crit. II p. 191* et *L*

uerborum lumen apparet nisi diligenter collocatorum. et horum utrumque numerus inlustrat, numerus autem — saepe enim hoc testandum est — non modo non poetice uinctus uerum etiam fugiens illum eique omnium dissimillimus; non quin idem sint numeri non modo oratorum et poetarum uerum omnino loquentium, denique etiam sonantium omnium quae metiri auribus possumus, sed ordo pedum facit, ut id quod pronuntiatur aut orationis aut poematis simile uideatur.
228 hanc igitur siue compositionem siue perfectionem siue numerum uocari placet [et] adhibere necesse est, si ornate uelis dicere, non solum, quod ait Aristoteles et Theophrastus, ne infinite feratur ut flumen oratio, quae non aut spiritu pronuntiantis aut interductu librarii, sed numero coacta debet insistere, uerum etiam quod multo maiorem habent apta uim quam soluta. ut enim athletas nec multo secus gladiatores uidemus nihil nec uitando facere caute nec petendo uehementer, in quo non motus hic habeat palaestram quandam, ut quicquid in his rebus fiat utiliter ad pugnam idem ad aspectum etiam sit uenustum, sic orator nec plagam grauem facit, nisi petitio fuit apta, nec satis recte declinat impetum,
229 nisi etiam in cedendo quid deceat intellegit. itaque qualis eorum motus quos ἀπαλαίστρους Graeci uocant, talis horum mihi uidetur oratio, qui non claudunt numeris sententias, tantumque abest ut, quod ii qui hoc aut magistrorum inopia aut ingenii tarditate aut laboris fuga non sunt assecuti solent dicere, eneruetur oratio compositione uerborum, ut
69 aliter in ea nec impetus ullus nec uis esse possit. sed magnam exercitationem res flagitat, ne quid eorum qui genus

---

11 sqq. Rhet. III 8 ex. ‖ 22 cf. Quint. IX 4,56: sicut etiam quos palaestritas esse nolumus, tamen esse nolumus eos, qui dicuntur *ἀπάλαιστοι*

---

2 illustret *PO*^{1} illustrat *in marg.* *O*^{2} ‖ 3 uinctus *C. F. G. Mueller Coni. Tull. p. 25* iunctus *L* s. est *superscr.* *P*^{2} ‖ 5 sint (i *in ras.*) *P* sunt *FO* ‖ 9 igitur siue *FO* siue *om.* *P* ‖ 10 et *L seclus. Lambinus* ‖ 13 coacta *FP et in marg.* *O*^{2} acta *O*^{1} ‖ 19 orator *Bake* oratio *L* ‖ 20 recte *uulg.* tecti *L* ‖ 21 incedendo *F* ‖ 22 apalaestros *FP*^{2} apalestros *O* a palaestros *P*^{1} ‖ 24 abest *FOP*^{2} ab *P*^{1} ‖ ut *Manutius* ne *L* ‖ ii π hi *L*

hoc secuti non tenuerunt simile faciamus, [ne] ut uerba traiciamus aperte, quo melius aut cadat aut uoluatur oratio.
quod se L. Caelius Antipater in prooemio belli Punici nisi 230
necessario facturum negat: o uirum simplicem, qui nos nihil celet, sapientem, qui seruiendum necessitati putet! sed hic omnino rudis; nobis autem in scribendo atque in dicendo necessitatis excusatio non probatur; nihil est enim necesse, et si quid esset, id necesse tamen non erat confiteri; et hic quidem, qui hanc a Laelio, ad quem scripsit, cui se purgat, ueniam petit, et utitur ea traiectione uerborum et nihilo tamen aptius explet concluditque sententias. apud alios autem et Asiaticos maxume numero seruientes inculcata reperias inania quaedam uerba quasi complementa numerorum; sunt etiam qui illo uitio, quod ab Hegesia maxime fluxit, infringendis concidendisque numeris in quoddam genus abiectum
incidant uersiculorum simillimum; tertium est, in quo 231
fuerunt fratres illi Asiaticorum rhetorum principes Hierocles et Menecles minime mea sententia contemnendi; — etsi enim a forma ueritatis et ab Atticorum regula absunt, tamen hoc uitium compensant uel facultate uel copia; — sed apud eos uarietas non erat, quod omnia fere concludebantur uno modo. quae uitia qui fugerit, ut neque uerbum ita traiciat ut id de industria factum intellegatur, neque inferciens uerba quasi rimas expleat, nec minutos numeros sequens concidat delumbetque sententias, nec sine ulla commutatione in eodem semper uersetur genere numerorum, is omnia fere uitia uitauerit; nam de laudibus multa diximus, quibus sunt illa perspicue uitia contraria.

Quantum autem sit apte dicere, experiri licet, si aut 70 232
compositi oratoris bene structam conlocationem dissoluas permutatione uerborum; — corrumpatur enim tota res, ut et haec

---

1 hoc *FP* hoc sunt *O* ‖ ne *L seclus. Manutius* ‖ ut *Manutius* aut *L* ‖ 3 proemio *F* prohemio *P* premio *O* ‖ 5 celet ε celata *F* celat *PO* ‖ seruiendum *FOP*^{2} seruienti *P*^{1} ‖ 9 cui *FO* qui *P* ‖ *uerba* cui se purgat *interpolata uidentur* ‖ 13 uerba *FP om.* *O* ‖ 14 egesia *P* ‖ 16 uersiculorum *Jahn* siculorum *L* ‖ 18 Menocles *L* ‖ 23 uerba *om.* *P*^{1} *in marg. add.* *P*^{2} ‖ 24 concitat *P*^{1} *corr.* *P*^{2} ‖ 26 semper *L; a syllaba* per *pergit cod. Abrincensis* ‖ uitia uitauerit *L* uitiauerit *A* ‖ 27 illa ε alia *LA* ‖ 30 compositi *A* compositio *L* ‖ dissoluas *A* dissoluat *L* ‖ 31 et *L om.* *A*

nostra in Corneliana et deinceps omnia: ‘neque me diuitiae mouent, quibus omnis Africanos et Laelios multi uenalicii mercatoresque superarunt;’ — immuta paululum, ut sit: ‘multi superarunt mercatores uenaliciique’: perierit tota res; et quae sequuntur: ‘neque uestis aut caelatum aurum et argentum, quo nostros ueteres Marcellos Maximosque multi eunuchi e Syria Aegyptoque uicerunt;’ — uerba permuta sic, ut sit: ‘uicerunt eunuchi e Syria Aegyptoque;’ adde tertium: ‘neque uero ornamenta ista uillarum, quibus L. Paullum et L. Mummium, qui rebus his urbem Italiamque omnem referserunt, ab aliquo uideo perfacile Deliaco aut Syro potuisse superari;’ — fac ita: ‘potuisse
233 superari ab aliquo Syro aut Deliaco’: uidesne, ut ordine uerborum paululum commutato, isdem tamen uerbis stante sententia, ad nihilum omnia recidant, cum sint ex aptis dissoluta? — aut si alicuius inconditi arripias dissipatam aliquam sententiam eamque ordine uerborum paululum commutato in quadrum redigas, efficiatur aptum illud, quod fuerit antea diffluens ac solutum; age sume de Gracchi apud censores illud: ‘abesse non potest quin eiusdem hominis sit probos improbare qui improbos probet’: quanto aptius, si ita dixisset: ‘quin eiusdem hominis sit qui
234 improbos probet probos improbare’! hoc modo dicere nemo

1 sqq. Quint. IX 4,14: soluit quaedam sua in Oratore Cicero: ‘neque — uenaliciique’ *omissis* (3) superarunt — mercatores; Non. p. 188,24 sqq.: Cicero in oratione Corneliana secunda: ‘neque — mercatoresque superarunt’ ‖ 11 sq. cf. Prisc. X p. 539,5 sq.: idem (Cicero) pro Cornelio libro II: ‘qui eis rebus urbem Italiamque referserunt’ ‖ 20 sqq. Quint. IX 4,15: idem corrigit, quae a Graccho composita durius putat

3 immuta — superarunt *L om. A* ‖ 5 aut *L* et *A* ‖ 8 permuta *L* permulta *A* ‖ sit *L om. A* ‖ 9 eunuchi *FOA et in marg.* P^{2} eumihi P^{1} ‖ 10 paulum *LA* ‖ 12 perfacile *L* facile *A* ‖ 13 ita *L* etiā *A* ‖ 14 superari ab aliquo *L om. A* ‖ 15 paululū *A* paulum *L* ‖ tamen *A om. L* ‖ 17 dissipatam *FP* dissi^{u}patā *A* dissolutā *O* ‖ 18 sententiam *A* sententiam licet *L* ‖ paululū *A* paulum *L* ‖ 19 quadrum *PO* quadram *FA* ‖ 20 antea *L* ad *A* ‖ 21 abesse *L* habens se *A* ‖ 22 probosim probare *F* ‖ probos improbare — hominis sit *om. O* ‖ qui improbos *POA* quum probos *F*

umquam noluit, nemoque potuit quin dixerit; qui autem aliter dixerunt, hoc adsequi non potuerunt: ita facti sunt repente Attici. quasi uero Trallianus fuerit Demosthenes! cuius non tam uibrarent fulmina illa, nisi numeris contorta ferrentur; sed si quem magis delectant soluta, sequatur ea 71
sane, modo sic ut, si quis Phidiae clupeum dissoluerit, collocationis uniuersam speciem sustulerit, non singulorum operum uenustatem, ut in Thucydide orbem modo orationis desidero, ornamenta comparent; isti autem cum dissoluunt 235
orationem, in qua nec res nec uerbum ullum est nisi abiectum, non clupeum, sed, ut in prouerbio est, — etsi humilius dictum est, tamen simile est, — scopas, ut ita dicam, mihi uidentur dissoluere. atque ut plane genus hoc, quod ego laudo, contempsisse uideantur, aut scribant aliquid uel Isocrateo more uel quo Aeschines aut Demosthenes utitur: — tum illos existimabo non desperatione reformidauisse genus hoc, sed iudicio refugisse; — aut reperiam ipse, eadem condicione qui uti uelit, ut aut dicat aut scribat utra uoles lingua eo genere quo illi uolunt; facilius est enim apta dissoluere quam dissipata conectere. res autem se sic habet, ut bre- 236
uissime dicam quod sentio: composite et apte sine sententiis dicere insania est, sententiose autem sine uerborum et ordine et modo infantia, sed eius modi tamen infantia, ut, ea qui utantur, non stulti homines haberi possint, etiam plerumque

3 sqq. ‘quasi uero — ferrentur’ Rufin. p. 575,23 sqq. K; Quint. IX 4,55: neque enim Demosthenis fulmina tanto opere uibratura dicit, nisi numeris contorta ferrentur; Hieronym. ep. ad Demetriad. CXXX 6: contortae Demosthenis uibrataeque sententiae tardius languidiusque ferrentur ‖ 11 sqq. ‘etsi — uidentur dissipare’ Non. p. 177,25 sq. ‖ 19 sq. ‘facilius — conectere’ Seru. in Verg. Aen. IV 482

1 uoluit *P* ‖ nemoque *FO* nemo qui *A et* (i *in ras.*) *P* ‖ 4 cuus *F* ‖ 5 quem *A* quos *L* ‖ sequatur *A* sequantur *L* ‖ 6 sic ut *A om. L* ‖ fidię *A* ‖ clypeum F^{1} *corr.* F^{2} ‖ 7 substulerit *P* ‖ 9 comparant *A* ‖ 11 humilius *LA* hoc illius *Non.* ‖ dictu *A* ‖ 12 tamen simile est *L om. A et Non.* ‖ scopas *L* copias *A* ‖ ut ita dicam *seclus. Ernesti* ‖ 13 dissoluere *LA* dissipare *Non.* ‖ quod ego laudo *L om. A* ‖ 15 tum *L* tunc *A* ‖ 16 ex aestimabo *A* ‖ formidauisse *F* ‖ 17 ipse *A* ipsa *L* ‖ 20 connectere *F* cōnectere *O* ‖ res *L in marg. add. A* ‖ se autē *A* ‖ sic se *O* ‖ 21 composite et *L om. A* ‖ 23 tamen *L om. A* ‖ 24 hominis *F*

prudentes: quo qui est contentus utatur; eloquens uero, qui non approbationes solum sed admirationes, clamores, plausus, si liceat, mouere debet, omnibus oportet ita rebus excellat, ut ei turpe sit quicquam aut exspectari aut audiri libentius.

237 Habes meum de oratore, Brute, iudicium; quod aut sequere, si probaueris, aut tuo stabis, si aliud quoddam est tuum. in quo neque pugnabo tecum neque hoc meum, de quo tanto opere hoc libro adseueraui, umquam adfirmabo esse uerius quam tuum; potest enim non solum aliud mihi ac tibi sed mihimet ipsi aliud alias uideri; nec in hac modo re, quae ad uulgi adsensum spectet et ad aurium uoluptatem, quae duo sunt ad iudicandum leuissima, sed ne in maximis quidem rebus quicquam adhuc inueni firmius, quod tenerem aut quo iudicium meum derigerem, quam id quodcumque mihi quam simillimum ueri uideretur, cum ipsum illud uerum tam in occulto lateret.
238 tu autem uelim, si tibi ea quae disputata sunt minus probabuntur, ut aut maius opus institutum putes, quam effici potuerit, aut, dum tibi roganti uoluerim obsequi, uerecundia negandi scribendi me impudentiam suscepisse.

---

3 moueri *F* ‖ 4 exspectari *πε* expectare *L* spectari *A* ‖ audiri *A* audire *L* ‖ 6 sequere *L* siquaere *A* ‖ probaueris *L* probabis *A, corr. in marg.* ‖ 8 tantopere *POA* ‖ adseueraui umquam] asseuerauerā quam O^{1} *in marg. corr.* O^{2} ‖ 10 mihimet *A* mihi *L* ‖ 12 leuissima *A* nouissima *L* ‖ 14 derigerem *A* dirigerem *L cf.* § 9 ‖ 15 tam *π* tamen *A* cum *F om. PO* ‖ 17 institum *O* ‖ 19 impudentiā *A* imprudentiam *FO*P^{1} al. impudētiā *in marg.* P^{2} *cf. Proleg.* ‖ · M · TVLLI · CICERONIS · ORATOR · EXPLICIT · FELICITER · *subscripsit F om. PO* ORATOR EXPLICIT A^{1} ORATOR^{is} EXPLICIT liber IIII^{tus} *corr.* A^{2}